

- EMISENUS. Dei timore et castis jejuniis consecrata. Homil. 3, *Epiph.*
- GLOSS. ORD. 41. Nero, Domitianus, et Trajanus, hominum quidem principes, demonum autem lictores et satellites fuerunt. Super *Josue*, cap. 2.
42. Tyrannus membrum est diaboli, qui inebriatur sanguine innocentum. Super *Judith*, cap. xii.
43. Principes capiuntur hamo tyrannidis et superbie. Super *Abacuc*, cap. 1.
- S. GREGOR. 44. Tyrannus nec laudem meretur, nec diurnam est. In *Apologet. de sua fuga*.
- NAX. 45. Nero tyrannus, hostis justitie, primus persecutionem in Christianos excitavit; matrem quoque suam, sororem, uxorem, et peno omnes propinquos suos interfecit. Lib. 6, *Excerptioinum*, cap. 6.
- HUGO A. 46. Iulianus Apostata et tyrannus, ad bellum Particum profecturus, amplius effrenata rabie in Christi cultores desinare cepit: sed cum a Ctesiphonte castra movisset, et jam pugnaturus exercitum ordinaret (incertum a quo) ventre sauciatus punitur: et dum moretur, cepit Christum Deum blasphemare, dicens: Viciisti, Galilee, viciisti: aique in his verbis scelestus expiravit. *Ibid.*, lib. 8, cap. 3.
- S. VICTORE. 47. Tres sunt tyranni, qui contra nos acies suas produunt: diabolus, mundus, et caro. *Prosec.*
48. In exercitu diaboli militat vitia, in castris mundi prospera et adversa, in societate carnis desideria terrena.
49. Ex his tribus duo conjuraverunt tertio ad subversionem nostram: mundus enim et caro, diabolo auxilium ferunt contra nos: unus est vicinus, alter domesticus; mundus enim juxta nos, caro nobiscum. Idecirco confidit diabolus magis in auxilio carnis, quia plus nocet domesticus hostis. Lib. 4 *Miscellan.*, codic. 1, tit. 405.
- UDOCARD. 20. Tyranni bona exteriora rapiunt: exterius depreudentur, et amore rerum seivere non cessant. Super *Job*, cap. 35.
21. Semper agitantur tyranni in hoc mundo. Super *Psal.* xlv.
22. Tyranni sunt singulares per superbiam, feri per crudelitatem. Super *Psal.* lxxxix in illud: *Et singularis ferus*, etc.
23. Tyrannus dum bonos persequitur, limat et purgat; et solidat eos. Super *Ecclesiasten*, cap. 5.
24. Non est provocandus tyrannus, sed fugiendus: ubi fides vel charitas non periclitatur. Super *Ecclesiastic.*, cap. 9.
25. Quatuor de causis proficiunt tyranni Prima, ut Dominus laudetur in eorum humiliatione,

- et populi oppressi ab eis liberatione; secunda, ut sancti probentur; tertia, ut gravis et justus puniantur; quarta, ut recipient mercedem honorum, que fecerunt. *Ibid.*, cap. 11.
26. Tyranni pleni sunt crudelitate, sed vacui pietate. *Ibid.*, cap. 25.
27. Sub Diocletiano et Maximiano tyrannis, persecutio fuit in toto orbe. Super *Ezech.*, cap. 26.
28. Dominus quasi spinas conservat tyrannos, ad faciendam sepe vinee sue. Super *Epist. ad Rom.*, cap. 9.
29. Ad hoc excitat Dominus tyrannos persecutores, ut eorum bene utatur sevitia: bene enim usus est sevitia Neronis, quia per eum tot gloriosos Martyres fecit. *Ibid.*
30. Deus est dei tyrannis potentiam et virtutem persequendi Sanctos non tamen movet eos ad talem finem; novit enim Deus bene uti malis. *Ibid.*, cap. 9.
31. Tyranni sunt Synagoga satanae, quia irrationabiles et pleni peccatis, quibus ratio adversatur. Super *Apocal.*, cap. 3.
32. Hi sunt tres hostes Ecclesie generales: Tyranni, haeretici, falsi fratres. Primi, res Ecclesie diripiunt; secundi, fidem destruant, tertii, mores corrumpunt. *Ibid.*
33. Tyranni, quanto sunt potestate fortiores, tanto sunt malitia deteriores. *Ibid.*, cap. 17.
34. Complures tyranni ad pavimentum usque humiliati sunt: humilis vero, et de quo nihil tale sperabatur, diadema tulit. Homil. 1, super II *Thess.*
35. Quemadmodum venenum et intoxicatio corpus occidit humanum, sic tyrannis est venenum, quod totam politicam vitam et regalem ad interitum ponit. *Sermone ad Regem Franco-rum nomine Universitatis Parisiensis*, partit. 2, verit. 3.
36. Haro tyrannus mortis moritur naturali: odio enim habetur et a Deo, et a mundo. *Ibid.*
37. Tyrannus est adversarie fortitudinis, et Luciferiana pravitatis imago. Lib. 8, de *Nugis curial.*, cap. 17.
38. Origo tyranni iniquitas est, et de radice toxica mala, et pestifera germinat. *Ibid.*
39. Tyranni potestas bona quidem est, tyrannide tamen nihil est pejus. *Prosec.*
40. Est enim tyrannis a Deo concessa homini potestatis abusus; in hoc tamen malo multus et magnus est honorum usus.
41. Patet ergo non in solis principibus esse tyrannidem, sed omnes esse tyrannos, qui concessa desuper potestate in subditis abutuntur. *Ibid.*, cap. 18.

42. Tyranno nihil tutum est, aut quietum. *Ibid.* cap. 23.
- S. ISID. PBL. 43. Tyrannis ad suam, regnum autem ad subditorum utilitatem omnia refert. Lib. 3, epist. 194 ad *Taurinum*.
- JST. ONG. 44. Quanti tyranni una cum auctore suo diabolo conati sunt ecclesie virtutem dirumpere, sed prevalere nullo modo poterunt? *Prosec.*
45. Nec martyres illorum persecutio, nec virgines carnalis delectatio, nec misericordes cupiditas, nec humiles temporalis gloriae dejicit ambitio. Super *Cont.*, cap. 6.
- LACT. FIRM. 46. Pro bellis immanibus sunt habendi, qui contra jus humanitatis, et fas omne spoliunt, cruciunt, occidunt, exterminant. Lib. 6, de *Divin. Insitut.*, cap. 19.
- S. LEO I. 47. Ecclesia Dei per furorem crudelitatis tyrannorum non minuitur, sed augetur. Serm. 6, *Epiph.*
48. Omnis innocentia, omnis pudor, omnisque libertas sub Neronis tyranni laborabat imperio. *Prosec.*
49. Cujus furor per omnium viliorum inflammatus excessum, in hunc eum usque torrentem suae precipitavit insanis, ut primus nomini christiano atrocitatem generalis persecutionis inferret, quasi per Sanctorum neces gratia Dei posset exlingui. Serm. 1, in *Natali SS. Petri et Pauli*.
- S. PETRUS 50. Extincto tyranno solute acies sunt tyranni. *CHRYSOLOG.* Serm. 11.
51. Tyrannus est, tyranni habitum qui praesumit. *Ibid.*, serm. 155.
- S. PETRUS 52. Tyranni quanto sunt majores, tanto peiores: quanto fortiores, tanto ferociores, impotentum et pauperum oppressores. Lib. 6, epist. 27.
- CLUNAC. 53. Tyrannis proclive est quidvis efficere, quod rabido effarctoque animo concipiunt. *De confus. linguar.*
- PHILO JUD. 54. Nero non est, nisi aut volente, aut permitte Deo. Super *Epistolam ad Romanos*, cap. 13, can. 1.
- S. SYNESES 55. Regie dignitati tyrannis vicina, et foribus ERISCOPIUS. admodum propinqua est, sicut fortitudini temeritas, liberalitati prodigalitas. *De Regno ad Arcadium Imperatorem*.
56. Regi pro moribus leges sunt, tyranno pro legibus mores. *Ibid.*
- TERTULL. 57. Crudelitas tyrannorum, gloria est Christianorum. Lib. ad *Scapulam*, cap. 5.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ANSTOTEL. 58. Tyrannis est contraria regno, suum namque bonum sequitur ipse tyrannus. Lib. 8, *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 10.
59. Praxus Rex, fuit tyrannus. *Ibid.*
60. Studet bellum concitare tyrannus, ut negotiis occupetur civis, et indigentia ducis continuo detineatur. Lib. 5 *Polit.*, cap. 2.
61. Tyranni est maxime amicus diffidere, quasi velint omnes, possint autem maxime amici eum subvertere. *Ibid.*
62. Nullo quidem honesto, nulloque libero delectari, tyrannicum est: se enim solum esse talem putat tyrannus. *Ibid.*
63. Tria conjuncta tyrannus: unum, ut animos imminuat civium; nemo enim parvi animi contra tyrannum insurgit; secundum, ut civis inter se dissidentes reddat: non evertitur enim tyrannus, nisi civium aliqui inter se fidem habeant; quapropter et bonos viros persequitur, quasi pestiferos, et adversarios dominationis suae; tertium, impotentia agendi: nemo enim sibi impossibilia aggreditur, itaque neque tyrannidem tollere, si potentia desit. *Ibid.*
64. Omnium gubernationum brevissime durare solent paucorum potentia et tyrannis. *Ibid.*, cap. 12.
65. In tyrannum extinctum, aut savissime exercitatum, nemo miseretur, nemo dolet: nam adversus hoc genus hominum, prosum vim, omnesque stimulos amittit dolor. *De Consolat.*
66. In tyrannorum vita nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis esse potest benevolentia: fiducia. *De Amicit.*
67. Vir tyrannicus fit ille, qui vel natura, vel institutis, vel utrisque temulentus, et amoris impotens, et furiosus evadit. Lib. 9, de *Republ.*
68. Infelicissimus apparet, qui diutissime et maxime tyrannide potitur: is revera iniquissimus est atque miserimus. *Ibid.*
69. Tyrannus a rege distat factis, non nomine. In suis *Proverb.*, in fine positus.
70. Cum tibi minatur tyrannus, tunc cuius sis, memor maxime esto. Sent. 352.
71. Tyrannus bestitudinem non aufert. *Ibid.* sent. 74.
- UNGUENTUM.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMERGO. 1. Unguentum accipis, o dives postquam mortuus es, et fustidus es: perdis alienam gratiam, nec acquisis tuam. *De Nabulle*, cap. 1.
- S. ANTONIUS 2. Unguenta, in quibus jacet dissolutus, arte DE PADUA. demonis sunt conlecta. Serm *Dom 6, post Pascha*.
- S. AUGUST. 3. Pari modo exagiatum, et exhalat horribiliter oenium, et suaviter fragrat unguentum. Lib. 4, de *Civit. Dei*, cap. 8.
- S. BASILIUS 4. Vasculum quod foveo quidam ante invasit, unguenti infusionem capere non potest, nisi prius clatum fuerit. Apud D. Joan. Damasc. Lib. 1 *Parvul.*, cap. 39.

5. Est unguentum contritionis, devotionis, pietatis. Primum pungitivum, dolorem faciens; secundum temperativum, dolorem leniens, tertium sanativum, morbum expellens. *Serm. 10, super Cant., num. 4.*
6. Unguentum compunctionis bonum est, quo unguuntur pedes Domini: unguentum devotionis melius, quo unguuntur caput: unguentum pietatis optimum, quo totum unguuntur corpus Domini. *Ibid., serm. 12, num. 10.*
7. Qui unguentorum Christi fragrantiam non sentit, aut est mortuus, aut pulvis. *Ibid., serm. 22.*
8. Oportet viros unguenta non olere, sed vitæ probitatem. *Lib. 2 Pedagog., cap. 8.*
9. Spiret femina Christum (qui est regalis unctio) non unguenta et diapasmata. *Ibid.*
10. Unguenta animam intrinsecus ægrotare significant. *Ibid., lib. 3, cap. 2.*
11. Homo ipse se decipit, si cum in medullis fervore sibi sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat unguentum. *Homil. 10, ad Monachos, num. 28.*
12. Sicut bonus odor ex virtute est, sic fofor ex vitio. *Lib. 14 Moral., cap. 26, num. 28.*
13. Non olet, qui bene semper olet: quasi quasdam pestes, et venena pudicitia, peregrini muris olentes pelliculas, virgo devitet. *Epist. 8, ad Demetriad.*
14. Odoris suavitas, et diversa thymiamata, et amomum, et cyphi, muscus, quod dissolutis et amatoribus conveniant, nemo (nisi dissolutus) negat. *Lib. 2, Advers. Josian.*
15. Odor unguentorum, fragrantia virtutum est: unctio eorum, exhibitio est honorum operum. *Lib. 2, de Nuptiis spirit., cap. 2.*
16. Unguenti spiritualis tres sunt species, unguentum humilitatis, unguentum consolationis, unguentum consolationis. Unguentum humilitatis, timorem curat elationis. Unguentum consolationis, lesionem refert fracta mentis; unguentum confessionis, ab intus vis extrahitur inveterati doloris. *Ibid.*
17. Oblinire se unguentis pretiosis, cura est ista meretricis amoribus implicatorum ac perditorum. *Conc. 1, de Lasaro mendico.*
18. Non te oportet olere unguentum, sed virtutem. *Ibid.*
19. Nihil immundus anima, quoties corpus fragrantiam habet unguentorum. *Ibid.*
20. Corporis ac vestium fragrantia, arguit intus latere animum grave olentem, et immundum. *Ibid.*
21. Quis præclarum aliquid, aut bonæ frugis opinabitur, de eo qui spirat unguenta? *Ibid.*

S. BERNARD.
S. BERNARD.

S. EUSEBIUS
EMISENUS.

S. GREGOR.
MAGNUS.

S. BERNON.

HUGO A. S.
VICTORS.

S. JOANNES
CHRYSOST.

22. Qui corpus oblinat unguentis, mulieribus gaudet: illum diabolus aggrreditur, et ejus animam omni vitiorum genere complet. *Ibid.*
23. Si vis unguenta spirare, spiret anima tua fragrantiam spirituales, ut tum tibi ipsi, tum alii afferas utilitatem. *Ibid.*
24. Quid unguentis corpus tuum unguis, quod intrinsecus immunditia plenum est? *Homil. 2, super I Timothy.*
25. Quid putredine pervium corpus pretiosis aromatis condis, veluti si quis unguentum injiciat cæno, aut molli lateri balsamum? *Ibid.*
26. Sunt, si vis, unguenta pretiosa, sunt plenti coelestis fragrantia odores, quibus inungere possis, que non ex Arabia, neque ex Æthiopia, neque ex Perside: sed ex ipso conveniunt capto; emuntur non auro, sed voluntatis prestantissimo instituto. *Ibid.*
27. Hajusmodi tibi unguenta eme, quorum odor implere orbem possit. *Ibid.*
28. O mulier! quid fortitudinem corporis tui unguentis perdis? unguentum quippe mollietas illi est, non robur: si autem ab eis recedens, aliter temetipsam tractas, tunc pulchritudo tibi corporis generatur. *Homil. 29, super Epist. ad Hebr.*
29. Unguentum jejuniæ est spirituale, et per oculos, et per linguam, bonam animæ dispositionem et odorem demonstrans. *Homil. 10, ad Popul. Antioch.*
30. Non unguento unguuntur athleta Christi: nihil anima immundus, quando corpus talem habet odoris suavitatem. *Ibid., homil. 22.*
31. Intolerabilis est mulier, que mollem vestem suam variis unguentis perfundit. *Lib. 1 Petrall., cap. 76.*
32. Unguentis et aromatis se delinire, scelus est nefandissimum. *De Humilit., cap. 14.*
33. Operum honorum, non odorum fragret unguentum. *Epist. 4, ad Severum.*
34. Libenter aromatum diu species teritur, presertim si illius odor suavis est, cui ministerium exhibetur. *Opusc., 11, cap. 20.*

SENTENTIE PAGANORUM.

35. Madentem unguentis, convalescerat tibi diuinis, et incedentem parere, ut feminis placeat, femina mollis est. *Lib. 2 Controvers., contr. 9, Definit.*

UNITAS, ET UNIO.

Ethnologia. Unio dicta est, propterea quod unum fiant: hoc est, quod res cœcant, et commisceantur. *De Definit.*

Definitio. Unio sive unitas, est rerum inter se distantium communis convenientia quadam. *De Definit.*

- UNITAS EST SINE COMMISSURA CONTINUATIO, ET DUODUO INTER SE CONJUNCTIONUM CORPORUM TACTUS. *Lib. 2 Quæst. cap. 2.*
- SENTENTIE PATRUM.
1. Pulchra copula est seniorum atque adolescentium: alii testimonio, alii solatio sunt, alii magisterio, alii delectationi. *Lib. 4 Offic., cap. 20.*
2. Plus est mente connecti, quam corpore copulari. *Lib. 3, epist. 31, ad Valentinianum imper.*
3. Nescit unitas ordinem. *Lib. 3, de Spiritu sancto, cap. 18.*
4. Unitas prævaricari non potest. *De Paradiso, cap. 5.*
5. Nulli minimi, dum congregatur unanimes, sunt magis. *Super Epist. ad Romanos, cap. 15.*
6. Multi unum corpus sumus in Christo: ac per hoc nemo poterit esse justus, quando fuerit ab unitate hujus corporis separatus. *Epist. 60, ad Bonifac.*
7. Quevis multitudo eo minus vincitur, quo magis in unum coit: unde ipsa coitio in unum, cœmens nominatus est, quasi cœnens. *Lib. 2, de Ordine, cap. 15.*
8. Mirabilis fuit conjunctio prima, mirabilis fuit secunda, nec minus mirabilis erit tertia, cum homo, Angelus, et Deus, unus erit spiritus. *De Spiritu et Anima, cap. 14.*
9. Charitas christiana, nisi in unitate Ecclesie non potest custodiri. *Lib. 2, contra litt. Petilian., cap. 77.*
10. Dissensio et divisio facit hæreticos, pax vero et unitas facit catholicos. *Ibid., cap. 95.*
- 10 bis. Tempus Dei violat, qui violat unitatem. *Super Psalm. x, vers. 4: Dominus in Templo sancto suo.*
11. Omnium nostrorum anima, per unam fidem una anima est: et omnes nos quicumque in Christum credimus, propter unitatem corporis ejus unus homo sumus. *Super Psalm. ciii, conc. 4, vers. 1.*
12. Unanimes unum sentientes: iste est locus sanctus Domini. *Super Psalm. lxxvii, vers. 6.*
13. Teneamus unitatem fratres mei; præter enim unitatem, ubi quæ facit miracula, nihil est. *Tract. 13, super Evang. Joan., de cap. 3.*
14. Unitas Christi et Ecclesie una est. *Serm. 2, de Communis vita clericor.*
15. Omne ambiguum molestum est, quia certam non habet unitatem. *Lib. 3, de Lib. arb., cap. 23.*
16. Omnis forma ad unitatis regulam cogitur. *Lib. 1, de Genes. contra Manich., cap. 42.*
17. In quantum quodque unitatem adipiscitur, in tantum est. *De Morib. Manich., cap. 6.*

WENCA.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. JOANNES
DAM.

S. LAURENT.
JUSTIN.

S. PAULINUS

S. PETRUS
IAMIANUS.

SENECA.

S. ATHAN.
MAGNUS.

18. Non est participes divinæ charitatis, qui hostis est unitatis. *Epist. 50.*
19. Omnis pulchritudinis forma, unitas est. *Epist. 63.*
20. Quibus mali placent in unitate, ipsi communicant malis. *Epist. 162.*
21. Omnis natura similibus inter se partibus, servat unitatis cœliem. *De Gen. imperf., cap. 16.*
22. Non habent Dei charitatem, qui Ecclesie non diligunt unitatem. *Lib. 3, de Baptismo contra Donat., cap. 16.*
23. Extra unitatem Ecclesie habet sua Christus, et in unitate Ecclesie habet sua diabolus. *Ibid., lib. 4, cap. 9.*
24. Dicunt falsum, qui non sunt in unitate. *In Psalmo contra præter Donat.*
25. Qui dividit se a membris Christi, non amat unitatem. *De Utilit. cred., cap. 6.*
26. Non habet charitatem, qui dividit unitatem. *Tract. 6, super Joan.*
27. Si amas unitatem, non nihil habes: nam etiam tibi habet, quisquis in illa habet aliquid. *Ibid., homil. 32.*
28. Unitas membrorum charitate concordat. *Ibid.*
29. Unitas spiritus, vinculum est perfectionis. *S. BERNARD Serm. 4 Annunt. B. M.*
30. Debet quisque perfectus unitatem habere ad seipsum, debet et ad proximum: ad seipsum per integritatem, ad proximum per conformitatem. *Serm. 5 Assumpt. B. M.*
31. Tria sunt, que solent impedire unitatem: nimietas, pusillanimitas, levitas. *Ibid.*
32. Nihil pretiosius inveniens unitate, non pareat omnibus cæteris propter eam. *Jejunium, vigiliis, orationibus audacter præferat unitatem. Serm. 26, de Parvis sermon.*
33. Est Unitas naturalis, Unitas carnalis, Unitas virtualis, Unitas moralis, Unitas spiritualis, Unitas socialis, Unitas personalis, Unitas principalis. Unitas naturalis, est inter corpus et animam. Unitas carnalis, est inter virum et mulierem. Unitas virtualis est, quæ hominem sibi conjungit. Unitas moralis est, que nos conjungit proximo. Unitas spiritualis est, que conjungit nos Deo. Unitas socialis est, ubi idem velle est, et idem nolle. Unitas personalis, est in Christo. Unitas principalis, que et substantialis, est in Trinitate. *Ibid., serm. 80.*
34. Væ homini illi, per quem unitatis vinculum jucundum turbatur. *Serm. 29, super Cant.*
35. Nisi opus tuum in unitate feceris, Deo qui unus est, acceptum profecto non erit. *Serm. 5 Assumpt. B. M.*

36. Melius est ut pereat unus, quam unitas. *Epist. 102, ad quendam Abbat.*
37. Jungant se animi, qui juncti sunt institutis : invicem se foveant, invicem se defendant, invicem onera sua portent. *Epist. 243, ad Conrardum regem Roman.*
38. Est unitas, quae collectiva potest dici, cum, verbi causa, multi lapides faciunt acervum unum: constitutiva, cum multa membra unum corpus, vel multae partes unumquodque totum constituunt : consentanea, cum per charitatem multorum hominum est cor unum, et anima una. *Lib. 5, de Consid., cap. 8, num. 18.*
39. Sanctior est copula cordium, quam corporum. *Serm. 5, ad Sororem.*
- BORTIUS.** 40. Ubi adest pluralitas, ibi adest unitas, *de Trinit.*
- S. BONAV.** 41. Triplex est unitas, in bonis, in malis, in Trinitate. *Super Psalm. LV.*
42. Homo non potest Deum diligere, nisi ei uniat : uniri ei non potest, nisi eum cognoscat, habeat, et teneat, intelligentia scilicet, voluntate et memoria. *Serm. 4, Dom. 17.*
43. Ubi est hodie unitas? Ino ubi non discordia? *Serm. 2, de SS. Apostolis.*
44. Proh dolor! dolore tabesco, quia est major unitas columbarum, major struthionum, major gruana et anserum, quam hominum. Nam illa simul vadunt, simul comedunt. *Ibid.*
45. Cum plures sunt uniti per amoris vinculum, est in eis absque dubio major abundantia meritum. *Tit. 4, Diates, cap. 1.*
46. Quid pace honestius? quid unitate jucundius? *In Speculo discipl., part. 2, cap. 3.*
- CASSIODOR.** 47. Justissima regula est, ut ab omnibus in unum fit, quod sancta unitati constat offerri. *Super Psalm. xxxiii, vers. 3.*
48. Nescit numerum unitas. *Super Psalm. cxvi.*
- GLOSS. INT.** 49. Mali sunt in multitudine, boni in unitate. *Super Judith., cap. 5, in illud : In multitudine decorum erant.*
- GLOSS. ORD.** 50. Inter superbos et arrogantes nunquam unitas et firma concordia servari potest. *Super I Machab. ix.*
- S. GREGOR. MAGNUS.** 51. Quisquis ab hac unitate matris Ecclesiae, sive per haerem de Deo perversa sentiendo; seu errore schismatis, proximum non diligendo, dividit, charitatis ejus gratia privatur. *Lib. 48 Moral., cap. 14, num. 15.*
52. Sicut noxium esse solet, si unitas desit bonis : ita perniciosus est, si non desit malis. *Ibid., lib. 33, cap. 24.*
53. Perversos unitas corroborat, dum concordat : et tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. *Ibid.*

54. Sicut perniciosus est, si unitas desit : ita perniciosius est, si non desit malis : reproborum enim unitas bonorum vitam tanto durius praepedit, quanto ei se per collectionem durior opponit. *Ibid., lib. 34, cap. 4.*
55. Vera requies in unitate est, dividi quippe unum non potest : ubi enim scissura divisionis est, vera requies non est. *Homil. 24, super Evang.*
56. Plus in charitate animorum unitas, quam corporalis potest venerari praesentia. *Lib. 2, in Registro, indict. 14, cap. 86, epist. 47, ad Columbanum episcopum Numidiae.*
57. Perfectio viri in praeconio ponitur unitatis : ut qui seculum poterat despici, mentem non dividat, solis supernis inhiet, et tantum ad aeterna gaudia suspiret. *Lib. 1, in I Regum, cap. 5, exposit. Moral., super illud : Fuit vir unus, etc.*
58. Nemo est qui vere possit invenire salutis remedium, nisi ad unitatem fidei veniat. *Super septem Psalmos penitentiales, super Psalm. v, vers. 24.*
59. Unus Dominus unitatem diligit. *Serm. in Sabbato post Pascha.*
- S. HIERON.** 60. Casta conjunctio sexum non habet nuptialem. *Epist. 29, ad Theodorum.*
- S. HILARIUS.** 61. Speciosum nomen est pacis, pulchra est opinio unitatis. *Lib. contra Arianos et Auxent.*
- HUGO A S. VICTORI.** 62. Nihil est quod diabolo tantum timeat, quantum charitatis unitatem. *Super Regul. D. August., cap. 1, in illud Matth. v : Vade prius reconciliari fratri tuo.*
- HUGO CARD.** 63. Qui amant litem, destruunt unitatem. *Lib. 2, de Claustro animo, cap. 21.*
64. Quos virtus unit, peccatum disjungit. *Super Job, cap. 8.*
65. Hoc est illud solum, quod diabolo magis timet, scilicet concordiae unitatem. *Super Prov., cap. VI.*
- ISIDOR.** 66. Sicut unitas, quae est inter caput et corpus, diligitur : sic etiam incomparabiliter diligi debet unitas, quae est ex vere dilectionis inter Deum et hominem. *Lib. 1, Contemplat. de Amore Dei, cap. 28.*
- S. JOHANNES CHRYSOST.** 67. Quae amicitia, quae familiaritas tantam trahere unionem possit, quantum fidelis cognatio? *Homil. 14, super Joannem.*
68. Nihil aequè gratum acceptumque, sicut nos unanimes esse, et mutuo devociri. *Homil. 16, super Mattheum Operis perfecti.*
- JOAN. TRILL.** 69. Multitudinem unitas refugit, unum unitas requirit : nam quantum multitudini concesseris, tantum ab unitate recesseris. *Lib. 4, de Regione Centrali, tract. 3, regione 3, art. 1.*
70. Multitudo est unitati opposita, et quanto se

- mens ad multa confulerit, tanto ab unitate recedit. *Ibid., art. 4.*
- S. LEO I.** 71. In unitate Sanctorum, ibi idem amatur, idem diligitur, idemque sentitur : nec superbis locus est, nec invidis, nec avaris. *Prose.*
72. Et quicquid est istud, quo aut vanitas gloriatur, aut ira sevit, aut luxuria lascivit, non in Christi federe, sed in diaboli parte censetur, longaeque a sedibus pietatis excluditur. *Serm. 10, Quadrages.*
73. Nulla ratione vere est unum, quod aliqua inaequalitate est diversum. *Serm. 3, Pentec.*
- S. LEO IX.** 74. Sicut calamitosus est, si unitas deest bonis : ita perniciosus, si adest malis. *ad Petrum episcop.*
- LUCOTICUS BLOSIOUS.** 75. Magna prorsus res est, tempore hujus exili Deo per mysticam nudamque unionem in divino lumine copulari. *In Speculo spirit., cap. 11.*
76. Nemo uniri Deo potest in otio, nisi et amet et desideret Deum. *In Apolog. pro Thaulero, cap. 3.*
77. Non illic esse poterit unitas voluntatis, ubi multifaria fuerit diversitas facultatis. *Opusc. 9, cap. 6.*
- S. PETRUS DAMIAN.** 78. Ubi divisio rerum, ibi proculdubio non est unitas animorum. *Opusc. 27, cap. 2.*
- PHILO JUD.** 79. Unitas nec additionem, nec subtractionem potest recipere. *Lib. de eo : Quis rerum divinarum haeres sit?*
- S. PROSPER.** 80. Quod charitate catholica non unitur, haeretica unitate dispergitur. *Super Psalm. cxxxviii, vers. 9.*
- S. THOMAS AQUINAS.** 81. Perfectio hominis est, ut cor ejus congregetur in unum : quia quanto aliquid est magis unum, tanto est Deo similis, qui vere unus est. *Super I Timoth., cap. 6, lect. 2.*
82. Tanto alicui perfectus Deus unitur, quanto in eo magis suam virtutem exercet. *Contra Graecos et Armenos, cap. 6.*
- THOMAS A KEMPIS.** 83. Nulla major extat jucunditas in monasterio religiosorum et congregatione Fratrum, quam unanimitas animorum, et concordia morum. *Serm. 1, ad Novit., divis. 1.*
84. Tanto quis Deo unitur, et plus illuminatur, quanto a mundi curis magis elongatur. *Epist. 6.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- SENILIA.** 85. Ubi consensus atque unitas erit, ibi virtutes esse debebunt : dissident enim vitia. *De Vita beata, cap. 9.*
- UNIVERSITAS.
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AUGUST.** 1. Haec universitas Dei justitia regitur. *De quantis. anima, cap. 33.*
- Tom. IV.
2. Considerantem universitatem nulla offendit deformitas. *Ibid., cap. ult.*
3. Hoc universum Dei providentia regi creditur. *Libro 1, De Libero arbitrio, cap. 4.*
4. Etiam mala faciunt ad decorum universi. *Ibid., lib. 3, cap. 9.*
5. Cum non peccantibus adest beatitudo, perfecta est universitas : cum vero peccantibus adest miseria, nihilominus perfecta est universitas. *Ibid.*
6. Turpis omnis pars est, suo universo non congruens. *Lib. 3 Conf., cap. 8.*
7. Omnibus suis partibus constat infima universitas. *Ibid., lib. 4, cap. 11.*
8. Deus omnibus utitur ad gubernationem universitatis, cui summa lego dominatur. *Libro 1, de Gen. contra Manich., cap. 16.*
9. Universitatis integritas multo major est quam domus nostra. *Ibid.*
10. Universum ab unitate nomen accepit. *Ibid., cap. 21.*
11. Res pro defectibus etiam suis : ad universitatis amplexum ordinantur. *Epist. 46.*
12. Deus conditor universitatis, rebus quias condidit consulit. *Lib. 1, de Doct. christ., cap. 10.*
13. Ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulchritudo. *In Enchirid., cap. 10.*
14. Rebus inter se similibus universitas constat, ut singulae sint quicquid sunt, et omnes ipsam universitatem compleant. *De Gen. imperf., cap. 16.*
15. Quae sigillatim fiunt delinquendo deformia, semper tamen cum eis universitas pulchra est. *Lib. 3, de Gen. ad lit., cap. 24.*
16. Natura universitatis corporalis non adjungitur extrinsece corporaliter. *Ibid., lib. 8, cap. 25.*
17. Mali non efficiunt malitia sua, ut sub Dei administrantis imperio, decus et ordo universitatis aliqua ex parte turbetur sive turpetur. *Ibid., lib. 14, cap. 21.*
18. Deus scit universitatis pulchritudinem, quarum partium vel similitudine, vel diversitate contextat. *Lib. 16, de Civit. Dei, cap. 8.*
19. Omnis pars ad universi (cujus pars est) integritatem refertur. *Ibid., libr. 19, cap. 16.*
20. Non universum condit Deus in singulis, sed ad universi complexum condit singula. *Lib. 21, contra Faust., cap. 5.*
21. Universum partibus semper jure optimo praepositur. *Lib. 2, de Baptismo contra Donat., cap. 9.*
22. Universitatis eoli palmo Dei tenetur, et universitas terrae pugillo concluditur. *Lib. 1, de Trin., verbo Circumspicienti.*

URBANITAS ET SCURRILITAS.

2. ANSELM. *Definitio.* Scurrilitas, est facies iocularium verborum, qua quadam industria et ingenio artis profertur, ut auditors ad risum moveantur. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 5, illud: *Aut scurrilitas, etc.*
- DIONYSIUS CARTHUS. Scurrilitas est iocularitas risum concilians. Super *Epist. ad Ephes.*, cap. 5, art. 5.
- S. THOMAS AQUINAS. Scurrilitas est iocularitas quaedam proveniens ex defectu rationis non valentis cohibere verba, exterioris neque gestus. 2. 2, quæst. 148, art. 6.
- Differentia.* Inter multiloquium et scurrilitatem hoc interest: quod multiloquium pertinet ad verba superfluitatis, scurrilitas vero pertinet ad verba ratione inhonestatis. 2. 2, quæst. 148, art. 6.
- SENTENTIA PATRUM.
- F. AMBROS. 1. Teritur officis pudor, audacia emicat, risus subrepti, modestia solvitur, dum affectatur urbanitas. Lib. 3, de *Virgin.*
- S. ANTONIN. 2. Vera urbanitas facit hominem in dictis vel factis iudicis seu iocosis congruentior se habere, ut non sit nimis agrestis et rigidus, neque nimis levis et iocosis. Part. 1, tit. 1, cap. 3, § 2.
- S. BASILIUS MAGN. 3. Ab omni facies ac urbanitate abstinere convenit: contingit enim ut multi circa taha occupati a recta ratione aberrant, anima ad risum movendum diffusa, et prudentie meditationem ac puritatem destruent. In *Cons.*, cap. 12.
- S. BERNARD. 4. Verbum scurrile, quod facies urbanive nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore, sed et procul ab aure relegandum est. Lib. 2, de *Consid. ad Eugen. Pap.*
5. Fœdes ad cachinnos moveris, fœdus moves. *Ibid.*
6. Sermo ejus qui loquitur, sit potius rusticanus, quam urbanus. In *Speculo Monachor.*
- CLEMENS ALEX. 7. Urbane et lepide loquendum est, non risus autem movendus. Lib. 2 *Pædag.*, cap. 6.
- S. GREGOR. MAGNUS. 8. Duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas, urbanitas vocatur. Lib. 10 *Moral.*, cap. 10.
9. Urbani sunt, qui postposita intentione celestium, exterioribus studiis se ostendere stremon conantur. Lib. 6, in 1 *Regum*, cap. iii, super illud: *Et vocavit Isai. Amivadas.*
- S. HIERON. 10. Risu dignas urbanitates, et cæteras ineptias amatorum in comœdiis erubescimus, in sacculi hominibus detestamur: quanto magis in monachis et clericis, quorum et sacerdotium propositio, et propositum ornatur sacerdotio? *Epist. 2 ad Nepotian.*
11. Urbanitates, et quidquid per aures introit,

virilitatem mentis effeminant. Lib. 2, *advers. Jovinian.*

12. Gratia, qua mundo gratiosi sumus, non est nisi proditio quædam, sicut osculum Juda. Super *Prov.*, cap. 31.

13. Sermo spurcus est, festiva urbanitas. Serm. 14, super *Epist. ad Ephes.*

14. Ubi turpitudine, ibi et urbana facies: ubi risus intempestivus, ibi et urbana facies. *Ibid.*, Serm. 17.

15. Sanctus non est, qui facies loquitur, sed ridiculus. *Ibid.*

16. Ex facies perjurii proveniunt et stultiloquia. *Ibid.*

17. Urbanitas mollem facit animum et desiderium, et convitia sepe parturit et bella. *Ibid.*

18. Mentem illam que facies urbanis dedita est, magna mala, magna dissolutio, et vastitas inhabitant. *Prose.*

19. Harmonia illius huicula est, marcidum est odium, timor exterminatus est, pietas fugata. *Ibid.*

20. Parasitorum est urbanitas, mimorum, saltatorum, et prostantium mulierum. *Ibid.*

21. Si quisquam esse ignobilis, si quisquam esse turpis et obscenus, iste sit urbane iocatus. *Ibid.*

22. Multis urbanitas virtus etiam quædam gratiosa esse videtur, et hoc ipsum luctu dignum est. *Ibid.*

23. Nihil urbanitate minus habet gratie. *Ibid.*

24. Multa absurda urbanitas inducit, et mores turpes. *Ibid.*

25. Qui facies urbanis studet, mox conviciatur, mox maledicit, sibi que ipsi innumera mala accumulatur. *Ibid.*

26. Ubi urbanitas est, ibi diabolus adest. Homil. 12, super *Epist. ad Coloss.*

27. Omnia mundana risus sunt, facies, et urbanitas. Homil. 15, super *Epist. ad Hebr.*

28. Si quidam facetum quid loquatur, risus confestim presentes occupat. *Ibid.*

29. Scommata etiam struere, et excoigilare, urbanorum est. Serm. 17, super *Epist. ad Ephes.*

30. Urbano nihil impudentius: itaque os illius non gratia, sed dolore plenum est. *Ibid.*

31. Qui os suum Domino consecratum scurrilibus verbis pollutit, quid aliud quam sacrilegium facit? tollens membra sua Deo dicata, et instrumenta facit diaboli. In cap. 6 *Regul. S. Benedicti*, verbo *Scurrilitas*.

32. Non erit alienum, urbanitate et jocis duritiem et morositatem delere eorum, qui mimium sapiunt. *Epist. ad Zanam.*

HUGO CARD.

S. JOHANNES CRYSTOST.

S. SIDONIUS EPISCOPI.

S. VALER. EPISCOPI.

ARISTOTEL.

CICERO.

S. AMBROS.

S. JOHANNES CRYSTOST.

S. JUST. MART.

- MINUT. FEL. 33. Procul est a simplicitate, subtilis urbanitas. In suo *Olatio.*
- S. PETRUS DAMIAN. 34. Caventur a sacerdote scurrilia verba, mordax eloquentia abscedat, urbana dicacitas evanescat. Lib. 2, epist. 1, ad *Episcopos cardinales.*
35. Scurrilitati deserviens, alios secum per vanam lætitiã destruit, et in hoc insuper reus est, quod otiosa verba inutiliter fundit. Lib. 5, epist. 2, ad *Damian, fratrem suum.*
36. Satius est uberibus lacrymarum rivulis semper affluere, quam alios in risum, facies quædam dicacis scurræ urbanitate compellere. *Ibid.*
37. Scurrilitas queque, urbanitates, sales, facies, leporesque verborum, a labiis tuis tanquam genitilitatis quoddam præputium circumcidit. Opusc. 19, cap. 11.
38. Loquax est ipse urbanus, non dicax, ridiculoseque nec lætus arrogansque nec constans, curiosusque nec perspicax, atque indecenter affectato lepore plus rusticus. Lib. 3, epist. 13, ad *Apollinar.*
39. Verbis est ille, quam membris execrabilior. *Ibid.*
40. Solet nimia oris facies excitare motus animorum, et sermo lætitiã accinctus, reciprocam parare convicium. Homil. 6, de *Otiis verbis.*
41. Cavendum est, ne scenico sermone alter alterum lædat, et theatralibus verbis verecundiam fratri læsa estimationis incutiat. *Ibid.*
- SENTENTIA PAGANORUM.
- ARISTOTEL. 42. Urbanitas mediocritas est, et urbanus inter rusticum et scurram medius. Lib. 3 *Ethic. ad Eudomium.*
- CICERO. 43. Vitandus est in omni genere urbanitatis, facietiarum quidam lepos. Lib. 1, de *Orator.*
- SENECA. 44. In omnibus regibus urbanitas est extingenda. *Suasor.* 1.
45. Qui urbanitatem nesciunt continere, nee periculosos abstinent salibus. *De tranquillitate animi*, cap. 4.
46. Non sit tibi scurrilitas, sed grata urbanitas. *De quatuor virtut.*
- USURA.
- S. AMBROS. *Etyimologia.* Usura bene fœnus appellatur, eo quod ita vile ac fontem est. *De Tobia*, cap. 4.
- USURAM ab usu arbitror dictam, quod sicut vestes usu, ita usuris patrimonium scindantur. *Ibid.*, cap. 13.
- S. JOHANNES CRYSTOST. Usura dicitur ab usu; quia si pecunia fuerit agitata de manu in manum, usu ipso multiplicatur. Homil. 58, super *Math. Oper. imperf.*
- CARSTODOR. Usuræ ab usu appellatæ sunt, que creditæ pecu-

niæ procurant semper augmentum. Super *Psal. lxxi, vers. 14: Ee Usuris.*

Usura est incrementum fœnoris, ab usu, aeris crediti nuncupata.

Usura nomen secundum grammaticos ab usu dicitur, et significat primo suo intellectu rem, que per usum alicujus rei acquiritur. *Opusc. de Usuris*, cap. 1.

Usura secundum rationem propriam, dicta est res, que ex usu aeris acquiritur. *Ibid.*

Dicitur usura, quasi usus rei, vel aeris, seu usi rea: datur enim ob usum aeris, id est, pecunie vel alterius rei, que usu consumitur, et ob hoc est rea et mala. Part. 2, tit. 1, cap. 7.

Definitio. Usura est lucrum ex mutuo principali-ter intentum, ut aliquid plus ultra recipiatur. Part. 2, tit. 1, cap. 6, § 1.

Usura est sub specie negotiationis, scientie domino, alienæ rei contractio. Part. 1, *Controloqui*, sect. 41.

Usura est ubi amplius requiritur, quam quod datur: quia quidquid ultra sortem exigitur, usura est. Hab. in *Decretis Gratiani*, part. 2, causa 13, quæst. 3, can. *Usura*.

Fœnus est pecunia ad usuram accommodata; qui enim miseretur pauperis, fœnerator Domino: quia ideo erogat modica temporalia, ut ab eo recipiat ampliora æterna. Lib. 2, super *Prov.*, cap. 19, super illud: *Fœnerator Domino*.

Usura est pecunie, aut alterius rei mutuo datæ cum tenere receptio. *De fruct. carnis et spiritus*, cap. 8.

Usura est vitium oppositum commutativæ justitiæ, quo quis inclinatur vendere usum rei, que non habet usum distinctum a dominio, sicut est in pecunia, cujus dominium est ususejus. Part. 4, in *Descript. terminor.*, cap. *Justitia*.

Usura est omnis superabundantia ejuslibet rei, quam parit usus similis ei, a quo primo dicitur usura. *Opusc. de Usuris*, cap. 1.

Usurarius est ille, qui non mutat gratis, sed pro spe alienus incrementi, quod tunc accipit, vel sperat accipere. *Ibid.*, cap. 4.

Quid fœnus et usuris, nisi humane cupiditatis extra naturam quæsitæ nomina? Lib. 7, de *Benefic.*, cap. 10.

Divisio. Tria sunt genera usurariorum. Quidam privatim usuras faciunt, alii aperte faciunt sed non in magna quantitate, ut misericordes videantur; alii perfidi et aperiissime usurarii, ab omnibus salam, quasi in foro recipiunt et faciunt. *Serm. Dom. Septuag.*

Usura dividitur in tacitam, et manifestam: tacita usura est, cum quis ratione dilacionis plus justo

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. ANTONIN.

S. BONAV.

CONCILIUM AGATHENSE.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

JOAN. GRES.

S. THOMAS AQUINAS.

SENECA.

S. ANTONIUS DE PADUA.

S. BONAV.

vendit, et accipit: et cum quis ratione mutui servitium vel munus accipit. *Prosec.*
 Usura manifesta est, cum promissum ex pacto interventu accipiendi amplius, vel etiam obligatio ex pacto ad simile mutuum faciendum. In *Speculo anime*, cap. 2.
Productio. Fœnus radix mendacii, et causa perfidiæ est. *De Tobia*, cap. 8.

SENTENTIÆ PATRUM.

5. AMBROS. 1. Ille est supplantator, qui usurarum captat emolumenta. *Prosec.*

2. Haque vir Christianus si habet, det pecuniam, quasi non recepturus, aut certe sortem quam dedit, recepturus, habet in ea non mediocrem usuram gratiæ: alioquin decipere illud est, non subvenire.

3. Quid enim diutius, quam ut des pecuniam tuam non habenti, et ipse duplum exigas? qui simplum non habuit unde solveret, quomodo duplum solvet? Lib. 9, epist. 70, ad *Vigiliam*.

4. Erubescit usure nomen, et lucrum non erubescit usuræ. *Serm. 59, de Avaritia*.

5. Usuræ arte nequissima; ex ipso etiam auro aurum nascitur. *Serm. 81*.

6. Usuram omnes prohibuerunt Sancti: quo gravius enim malum fœnus est, eo laudabilior qui illud refugit. *De Tobia*, cap. 2.

7. Usuras solvit, qui victu indiget. *Ibid.*, cap. 3.

8. Non novit pecunia fœneratoris uno loco diutius stare, solita transire per plurimos, uno tenere sacculo. *Prosec.*

9. Versari ac numerari expetit: usum requirit, ut acquirat usuram, fluctus quidam maris, non fructus. *Ibid.*, cap. 6.

10. Dum destruit pecunia, usura superfluit; tempus minuitur, fœnus augetur: thesaurus exinanitur, sors accumulatur. *Ibid.*

11. Nihil interest inter fœnus et fœnus, nihil inter mortem distat et sortem. *Ibid.*, cap. 10.

12. Quoties vidi a fœneratoribus teneri defunctos pro pignone, et negari tumulum, dum fœnus exposcitur? *Prosec.*

13. Peccatorum reos post mortem carcer emittit, vos clauditis: legum severitate defunctus absolvitur, a vobis tenetur. *Ibid.*, cap. 10.

14. Pecunia fœnoris hodie seminatur, cras fructificat: semper parit, et nunquam interit: semper plantatur, vix evellitur. *Prosec.*

15. Vult semper fœnerator acquirere, nunquam perdere: nunquam custodire pecuniam suam, semper explere: nunquam sanare, semper occidere. *Ibid.*, cap. 14.

16. Sors usuræ cito generat, et nunquam desinit, imo eum exordium crescendi acceperit, in infinitum extendit augmentum. *Ibid.*, cap. 13.

17. Sors fœnoris cum fuerit crescentibus exa-quata centesimis, et vetustatem sui renovat, et partus solitos adjunctione multiplicat. *Ibid.*, cap. 13.

18. Usuram pelere suffocare est: hominem fœnerare, occidere est. *Ibid.*, cap. 14.

19. Plerique refugientes præcepta legis, cum dederint pecuniam peccatoribus, non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam usurarum emolumenta percipiunt, et usuram faciunt. *Prosec.*

20. Esca enim usura est, et vestis usura est, et quodcumque sorti accedit, usura est, quod velis ei nomen imponas, usura est. *Ibid.*, cap. 14.

21. Ibi usuram exigit, cui merito nocere desideras: cui jure inferuntur arma, huic legitime indicantur usuræ. *Prosec.*

22. Quem bello non potes facile vincere, de hoc cito potes de centesima te vindicare.

23. Ab hoc usuram exigit, quem non sit crimen occidere: sine ferro dimicat, qui usuram flagitat.

24. Sine gladio et ferro de hoste ulciscitur, qui fuerit usurarius, et exactor inimici. Et ubi jus belli, ibi etiam est jus usuræ. *Ibid.*, cap. 15.

25. Fœnus non pecunia sua solvitur, sed augetur: numerando coærvatur, et crescit. *Ibid.*, cap. 24.

26. Opulentia usuris minuitur, paupertas usuris non levatur: nunquam enim malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere sed exasperatur ulcere. *Ibid.*

27. In usurario contractu, fit fœnerator socius demonis infernalis, in lucro scilicet et damno. *S. ANTONIO*

Part. 2, tit. 1, cap. 3, § 4.

28. Usura est omni lege prohibita, naturali, divinali, et humanali. Part. 2, tit. 1, cap. 6, § 1.

29. Si mutuum dederis, pecuniam tuam a quo plus quam dedisti expectas accipere (non solum pecuniam, sed quidquid aliud, sive triticum, sive vinum, et hujusmodi) usurarius es. *Ibid.*

30. Usura semper rodit et consumit pauperum ossa, et die et nocte, et in festis et in feriis, et dormiendo et vigilando operatur, et nunquam deficit usura. *Ibid.*, cap. 6, § 3.

31. Quid dicam de usuris quas ipse leges et iudices reddi jubent? an crudelior est, qui subtrahit aliquid vel cripii diviti, quam qui trucidat pauperem fœnoris? Hæc hujusmodi male utique possidentur, et vellem ut restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. *Epist. 54, ad Macedonium*.

32. Senatoribus fœnus diffamia est. *De quest. Vet. et Novi Testamenti*, quest. 102.

33. Si fœneraveris homini, id est mutuum pe-

cuniam tuam dederis, a quo aliquid plusquam dedisti expectas accipere; non pecuniam solum, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quolibet aliud: si plus quam dedisti expectas accipere, fœnerator es, et in hoc improbandus, non laudandus. *Prosec.*

34. Sed si vis utilis esse fœnerator, attende quid facit fœnerator: minus vult dare, et plus accipere: hoc fac et tu: da modica, accipe magna: da temporalia, accipe æterna: da terram, accipe cælum. *Psalm. xxxvi*, conc. 3, vers. 27: *Tota die miseretur et fœneratur*.

35. Non potest usuras accipere, qui Dominum noluerit fœnerare: qui dat pauperibus, Deum fœnerat. *Serm. 1, fer. 3, post Dom. 2 Quadrage.*

36. Deus nunquam avarus est, et usuras exigit. *Lib. 1 Conf.*, cap. 4.

37. Cum Deus opera misericordiæ præcipiat, non utique usurarum crudelitas suscipienda est. *Lib. Locution. Deuteron.*

38. Qui usuris seipsum obnoxium facit, quas persolvere non potest, servitum vite spontaneam suscipit. *Super Psalm. xiv*, conc. 4, vers. 6.

39. Ne ignores te majus additamentum peccatis facere. *Ibid.*

40. Qui mutuum ad usuram petit, in rerum desperatione medius hæret. *Ibid.*

41. Mutuum sumere cum usura, principium mendacii est, ingratiitudinis occasio, perfidiæ ac perjurii. *Ibid.*

42. Servus est ejus, qui mutuum dedit, is qui mutuum accipit, et servus mercenarius inevitabilem servitutem ferens. *Ibid.*

43. Dives es? ne stumas mutuum: pauper es? ne amas mutuum. Si enim dives es, mutuo non indiges: si vero nihil habes, mutuum non rependes. *Ibid.*

44. Dicunt viperas maternum uterum perrodentes pari: et usuræ erosus ac consumptis debitorum ædibus generantur. *Ibid.*

45. Fœneratorum pecunia, et succedentes pariunt et veteres renovant. *Ibid.*

46. Prava profecto matris dadi cum usura, et danti et accipienti: huic quidem in pecuniis, illi vero in ipsam animam damnium inferens. *Ibid.*, vers. 6.

47. Nemo vulnere vulnus curat, nemo malis malo medetur, nec paupertas fœnore corrigitur. *Super Psalm. xiv*.

48. Lepores aiunt ejus esse nature, ut simul et pariant et nutriant et superfovent: sic et fœneratoribus pecunia simul tempore et dantur ad usuram et gignunt et superfovent. *Ibid.*

49. Iudicio furis, aut furi concurrentis, uter-

que subjacet, et qui dat et qui accipit. *Quest. 142*.

50. Demus usuram, sed Deo, non homini. *Homil. 29, ex Quinginta homil.*, cap. 2.

51. Usura est eradicatio charitatis, extinctio fraternæ dilectionis, fons proprii amoris, amicitia vere corruptela, mater illegalitatis, origo deceptionum, legalis proditio, domesticum furtum, dolosa pietas, pauperum homicida, impia in propinquos, pernicioiosa in proximos, destructiva patriarum, inquietus cancer, morbus contagiosus, animarum perditio. *Serm. 44, fer. 3, post Dom. Pass.*

52. Usura est terrenorum inextinguibilis sitis, cæcitas mentis. *Ibid.*, feria 4.

53. Quid est usura? venenum patrimonii. *Epist. de Cura et regimine rei familiaris*.

54. Quid est usura legalis? latro prædicens quod intendit. *Ibid.*

55. Mirum est quod non timent homines, quod post buccellam, quam de usura acquirunt, intret in eos Satanas. *Serm. 1 Dom. 3 Quadrage.*

56. Leo accepta præda quiescit ad tempus, nonquam quiescit usurarius: imo ipsum tempus nocturnum (quod ex natura quiescit deputatum) convertit in computum: qui etiam quiescat, usura vigilat. *Serm. 1 de SS. Apostolis*.

57. Zachæus dicebat, Si aliquem defraudavi, reddo quadruplum: sed utrum usurarii modo renderent simplum. *Tit. 2 Diola*, cap. 4.

58. Ad usuram dari pecunia prohibetur, quia vitium cupiditatis est, exigere velle quod cognoscis te non commodasse. *Super illud Deuter. xxiii: Non fœnerabis, etc.*

59. Accepta pecunia cum ad usuras datur, amittitur, nisi caute tribuatur. *Lib. 22 Moral.*, cap. 3, num. 5.

60. Stultus est debitor, qui gaudens pecunias mutuas accipit cum usura: et tempus quo redere debeat, non attendit. *Ibid.*, num. 5.

61. In usura pecunia etiam non data recipitur. *Homil. 9, super Evang.*

62. O improbum fœnoris inventum! quod qui latrocinio et patricium nominaverit, non procat ab eo quod decet, aberrabit. *Homil. 4, super Ecclesiasten*.

63. Sortis dilatio, usuram parturit. *Epist. 16, ad Marcellam*.

64. Putant quidam usuram tantum esse in pecunia quod providens Scriptura divina omni rei aufert super abundantiam, ut plus non recipias, quam dedisti. *Lib. 6, super Ezech.*, cap. 48, super illud *Luc. ix: Feneramini his, etc.*

65. Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, et non intelligunt usuram

S. BERNARD.

SERVENS.

S. DONAV.

CROSS. ORD.

S. GREGOR.

MAGNUS.

S. GREGOR.

NYSS.

S. HIERON.

appellari superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo quod dederit, plus acceperit. *Ibid.*

66. In lege usura accipi prohibetur; usura enim est plus accipere, quam dare. Super *Psalm.* lxxv, vers. 11.

RUBO CARD.

67. Usurarius nunquam dormit, sicut diabolus. Super *Psalm.* xiv.

68. Usura est sodomia naturae: facit enim ut granum non seminatum crescat, non mortificatum roviscat, dando duos modos frumenti pro tribus, et hujusmodi. *Ibid.*

JOAN. CAS.

69. Grata est feneratoris occupatio, quae majora dum solvitur augmenta conquirat: et non solum percipientem ditat, verum etiam nihil minuit largienti. Collat. 22, *Abbat. Theona*, cap. 1.

F. JOANNES

CERYSON.

70. In his sensibilibus pecuniis prohibitorum est, ne quis usuram accipiat, quia uterque magno damno afficitur: debitor inopia alteritur, creditor augens divitias, et peccatorum accumulatur sibi multitudinem. Homil. 41, super *Gen.*

71. Nihil hujus seculi usura turpis, nihilque crudelius: quia fenerator alienorum incommodo rem suam auget, et uberosius questus ex amici calamitate capiat. Homil. 5, super *Matth. oper. perf.*

72. Multi cum magnis locare pecuniam student usuris, cupiditate lucri minus diligenter conditionem eorum examinant, quibus pecuniam credent, atque ita cum usuris sortis quoque ipsius jacturam faciunt. *Ibid.*, homil. 29.

73. Feneratoris inaudite excoctationis genera sunt, quae nec gentiliū quidem legibus comprehendantur, mutui litteras maledictionis plenas negotiatores conscribunt. *Ibid.*, homil. 62.

74. Quis sub usuris mutuum dat, in prima facie sua videtur dare, revera autem non sua dat, sed alterius tollit. Homil. 12, super *Matth. oper. imperf.*

75. Similis est pecunia usurarii aspidis morsui. Sicut enim qui ab aspidē percussus, quasi delectatus vadit in somnum, et sic per suavitatem soporis moritur: sic qui accipit sub usuris, pro tempore delectatur, et per suavitatem beneficii non sentit quomodo capivus efficitur. *Prose.*

76. Sicut venenum aspidis latenter per omnia membra discurrit et corrumpit: sic usura per totas facultates ejus, qui eam accipit, discurrit et convertit eas in debitum. *Ibid.*

77. Cum usura in domum alicujus intraverit, totam substantiam ejus ad se trahit et convertit in debitum. *Ibid.*

78. Fenerator mutat pecuniam, ut tollat usuras. *Ibid.*, homil. 38.

79. Qui agrum locat, ut agrariam recipiat: aut

domum, ut pensiones accipiat, num similis est ei, qui pecuniam dat ad usuram? *Ibid.*

80. Usura cursum interrumpit, qui statim summam universam restituit: quastum vero auxit, quisquis conceditum multum temporis apud se detinuit. Serm. 7, super *Epistolam ad Rom.*

81. Usurarii in mediis urbibus latrocinantur, et ideo tanto latronibus peiores sunt, quanto difficilius observantur; et majore confidentia ea ipsa audant, quos illi timidi latitantes tentant. *Ibid.*, serm. 14.

82. Pecuniam si quam quis crediderit, non accipiat usuram, ut beneficium inelume sit, quod succurrit necessitati: plus autem accipere, quam dederit, injustum est. *Prose.*

83. Qui usuram facit, insidiatur quodammodo ut ex alterius necessitate praedetur. Lib. 6, de *Divin. Inst.*, cap. 18.

84. Mala semper est ratio feneratoris, quia pecuniam et minuisse et auxisse peccatum est: ut aut miser sit amittendo quod dedit, aut miserior accipiendo quod non dedit. Serm. 6, de *Sejun. decimi mensis.*

85. In usura multiplicatur facultas injustis et tribuit incrementis, sed mentis substantia contabescit. *Ibid.*

86. Fenus pecuniae, funus est animae. *Ibid.*

87. Qui dolosum questum de pecunie suae captat usuris, et per aliena caput damna ditari, aeterna dignus est egestate puniri. *Ibid.*

88. Christianos se dici cupiunt et non sunt, qui lucri turpis cupiditate ita sunt capti, ut usurariam exercere pecuniam, et fenore velint ditescere. Epist. 1, cap. 3.

89. Erubescit usurae nomen, et lucrum non erubescit usurae. Homil. 2, de *Aparit.*

90. Divitis incumberet, pecuniam fenore suggerere, possessiones auctionibus dilatare, industria et questus est apud hoc saeculum, sed apud Deum crimen et pena est. Epist. 2, ad *Sever.*

91. Usurari quare te; perde usuram, ut te valeas invenire. Serm. 28.

92. Potestne inveniri tam avarus, aut credulius, aut importunus fenerator, ut quatuor paucioresve drachmas feneratori mali, quam donare? Id spoliatoris magis, quam feneratoris est. De *Somniis.*

93. Frustra fenerator, qui de receptione desperat. Lib. 2, ad *Eccles. Catholic.*

94. Secularis pecuniae usura, peccatum. Lib. 2, in *Evang.*

95. Usura vitium est detestandum, et aeterna morte dignum. De *Usuris*, cap. 4.

SENTENTIA PAGANORUM.

96. Nemini mutuum dare ad fenus liceat. Lib. 5, de *Legibus.*

LACT. FIRM.

S. LEO I.

S. MAXIMUS

FEMSCOPUS

TALRIN.

S. PAULINUS

S. PETERUS

CHRYSOLA

PHILO JUD.

SALVIANUS.

S. THEOPH.

ANTIOCH.

S. THOMAS

AQUINAS.

PLATO.

Vide etiam tit. *Clericus*, sent. 144, 145, 146; *Elemosyna*, sent. 42; *Misericordia*, sent. 26; *Negotiatio*, sent. 50, 51; *Ordo sacer*, sent. 44.

USUS, UTI.

S. ANTONIN. *Definitio.* Usus est jus utendi alienis rebus salva rerum substantia. Part. 3, tit. 5, cap. 3, § 1.

S. AUGUST. Uti est quod in usum venerit, ad id quod amas obtinendum referre. Lib. 1, de *Doctrin. christ.*, cap. 4.

S. THOMAS AQUINAS. Usus rei alienus est applicatio rei illius ad aliquam operationem. 1, 2, quest. 16, art. 1.

Uti est applicare aliquid principium actionis ad actionem. *Ibid.*, etc. art. 2.

S. AUGUST. *Differentia.* Differunt uti et frui: uti est assumere aliquid in facultatem voluntatis: frui est uti cum gaudio, non ad huc spei, sed jam rei. Lib. 10, de *Trinit.*, cap. 11.

SENTENTIAE PATRUM.

S. AMBROS. 1. Usus cito inflectit naturam. Lib. 4 *Offic.*, cap. 20.

S. AUGUST. 2. Bonus usus ejus jam virtus est, quae in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Lib. 1, *Retract.*, cap. 9.

3. Nemo bene utendo, male utitur. Lib. 2, de *Liberi Arbitrio*, cap. 19.

4. Virtutibus nemo male utitur, ceteris autem bonis, id est, mediis et minimis, non solum bene, sed etiam male quique uti potest. *Prose.*

5. Ideo virtute nemo male utitur, quia opus virtutis, est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possumus. Lib. 2, de *Liberi Arbitrio*, cap. 19.

6. In usu rerum abesse oportet libidinem. Lib. 3, de *Doctr. christiana*, cap. 12.

7. Omnis, qui fruatur, utitur: assumit enim aliquid in facultatem voluntatis, cum sine delectationis: non autem omnis, qui utitur fruatur. Lib. 10, de *Trinit.*, cap. 11.

8. Usus illicitus, abusus potius, vel abusus nominandus est. Lib. 1, de *Doctr. christ.*, cap. 4.

9. Quisquis rebus pretercausibus restrictus utitur, quam sese habent mores eorum cum quibus vivit, aut temperans, aut superstitiosus est. *Prose.*

10. Quisquis vero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est.

11. In omnibus enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est. *Ibid.*, lib. 3, cap. 12.

12. Recta ratione male uti nemo potest. Lib. 2, de *Liberi Arbitrio*, cap. 18.

13. Sicut perversi bonis Dei male utuntur, dum

non corriguntur: sic contra, Deus etiam malis eorum bene utitur, non solum ad justitiam suam, quam his digna in fine retribuet, sed etiam ad excoctationem et profectum Sanctorum suorum, ut ex ipsa etiam malorum perversitate boni proficiant, et probentur et manifestentur. Epist. 141, ad *Maximian.*

14. Quisquis natura sua male utitur, malus sese judicatur. De *Spiritu et Anima*, cap. 42.

15. Abutuntur licitis, qui bona Dei maculant usibus inconcessis. *Ibid.*, etc.

16. Omnis humana perversio est (quod etiam vitium vocatur) fruentis uti velle, et utendis frui. *Prose.*

17. Omnis autem ordinatio est (quae virtus etiam nominatur) fruentis frui, et utendis uti. De *LXXXII quest.*, quest. 30.

18. Utimur amendis, vel respiciendis ad valetudinem, tolerantiam ad patientiam, ordinandis ad justitiam. *Ibid.*

19. Temporalibus magis utendum est, quam fruentium, ut frui mereamur aeternis. Lib. 11, de *Civ. Dei*, cap. 25.

20. Perversi frui volunt nummo, uti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. *Ibid.*

21. Tantum valet ordinatio Creatoris, et ordo creaturae, ut in rebus ad utendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilis, quam in eis, quae concessa non sunt, vel unius vel rarus excessus. De *Bono conjugali*, cap. 11.

22. Bene utitur bono, continentiam dedicans Deo: male utitur bono, continentiam dedicans idolo. *Prose.*

23. Male utitur malo, concupiscentiam relaxans adulterio: bene utitur malo, concupiscentiam restringens concubio. Lib. 4, de *Peccator, meritis et remis.*, cap. 29.

24. Omnia quibus uteris in hac vita, sic tibi debent esse, tanquam stabulum victori, non tanquam domus habitatori. Super *Psalm.* xxxiv, vers. 3.

25. Sicut iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum. Tract. 27, super *Evang. Joan.*, de cap. vi.

26. Omnibus bonis Dei, male utitur malus: et contra malis hominum malorum bene utitur bonus. *Ibid.*

27. Utuntur divites consuetudine infirmitatis suae: utere cibis electis, pretiosis, quia sic consueverit, quia non aliter potes; conceditur tibi, utere necessariis, da pauperibus superflua: utere pretiosis, da pauperibus vilia. Serm. 5, de *Verbis Dom.*

28. Non prodest bona res non bene utenti. Lib. 4 *Conf.*, cap. 16.

29. Sic utaris hoc mundo, tanquam non utens; ut ex bonis ejus bona facias, non malus fias. Epist. 70.

30. Non efficit anima perverse utens creaturis: ut ordinationem effugiat Creatoris: quoniam si illa male utitur bonis, illa bene utitur etiam malis: ac per hoc illa perverse bonis utendo fit mala; ille ordinate etiam malis utendo, permanet bonus. Epist. 120, cap. 2.

31. Usus rerum est legitimus, ut anima in lege Dei maneat. *De Gen. imperf.*, cap. 1.

32. In omnibus rebus, non ex earum rerum natura quibus utimur, sed ex causa utendi, et modo appetendi, vel improbandum est, vel probandum quod facimus. Lib. 3, *de Doctr. christ.*, cap. 42.

33. Boni ad hoc utuntur mundo, ut fruantur Deo: mali autem contra, ut fruantur mundo, uti volunt Deo. Lib. 15, *de Civit. Dei*, cap. 7.

34. Malum est male uti bono. *De Nat. boni*, cap. 36.

35. Nullus bonis terrenis bene utitur, nisi qui et non uti potest: multi quidem facilius se abstinent ut non utantur, quam temperant ut bene utantur. Nemo tamen potest eis sapienter uti, nisi qui potest et continenter non uti. *De Bono conjug.*, cap. 21.

36. Non ad fruendum ametis, quoad utendum habere debetis. Tract. 2, super *Epist. Joan.*

37. Sicut bonum est bene uti malis, ita honestum est bene uti inhonestis. Lib. 5, *contra Julian.*, cap. 9.

S. BERNARD. 38. Non natura virtutes, sed usus facit: tum est aut abutendo et confundendo facere vitia, aut bene ordinateque utendo virtutes. Lib. 2, *de Consider. ad Engen. Pap.*

S. EUSEBIUS EMISS. 39. Ipsis creaturis, quae extra nos sunt, quae a foris adjacent, quae bene facta sunt, malus male utitur. Homil. 4 *Epiph.*

GLOSS. ORD. 40. Non parva condemnatio est, scire bonum, et nescire quomodo uti debeat. Super *Job*, cap. XXXII.

S. HIERON. 41. Ad contentendos labores, et ad virtutis notitiam experimenti opus est usu, eligendarum scilicet virium nutritore. Epist. 6, *ad Amicuum.*

S. JOANNES CRYSOST. 42. Solidum corpus est, molesque robusta membrorum, quam frequens usus agitaverit. *Ibid.*

43. Veræ divitiae sunt, et inexhaustae facultates, cupere tantum, quantum usui satis, et ea quae ad usum pertinent recte dispensare. Homil. 37, super *Gen.*

44. Abstineas a rebus tuis, ut tanquam tuis utaris alienis. Homil. 15, super 1 *Cor.*

45. Licet hominibus et pecuniis et delicis et voluptate cum modesta uti: et qui his immo-desie abutuntur, omnia corrumpunt. Serm. 13, super *Epist. ad Ephes.*

46. Nescit uti suo, qui semper abusus est alieno. Lib. 7, *de Nugis curial.*, cap. 16.

47. Bonis bene utuntur, qui illis sibi commissis in rebus salutaribus perfruuntur. *Prosec.*

48. Bonis male utuntur, qui aut iuste pro temporali lucro judicant, aut aliquid boni pro vana gloriae appetitu faciunt.

49. Malis male utuntur, qui noxias cogitationes operibus pravis perficiunt.

50. Malis bene utuntur, qui luxuriam carnis conjugali honestate restringunt.

51. Sed sicut malo bene uti bonum est, sic bono bene uti, melius est: et sicut bono male uti malum est: sic malo male uti, pessimum est. Lib. 3, *de Summo bono*, cap. 60.

52. In bonis immoderatus usus esse non debet: bona enim immoderato usu, noxia efficiuntur. Lib. 2, *de Synon.*, cap. 16.

53. Jus usus in naturam se vertit: omnia usui cedunt, usui omnia parent, res ipsa se agit ut usus erit: quod cum difficultate coporis, per usum cum voluntate perficies. *Ibid.*, cap. 42.

54. Voluntatis est et iudicii, uti bene aut male. *De necessariis quibusd. quest.*, explicat. 46.

55. Rerum usum tribuit Deus, sed privatum damnat affectum. Serm. *de Ramis Palmar.*

56. Qui bene usus est magnis, utitur bene et modicis. Serm. 3, *de Jejun. decimi mensis.*

57. Nihil rerum a Deo nobis in usum datarum Scriptura tollit, sed immoderatum usum castigat, et rationi non consentaneum emendat. Centur. 4, *de Charit.*

58. Cuncta condita Omnipotens Deus usibus hominum tradidit, solas autem animas suo usui reservavit. Lib. 4, epist. 2, *ad B. Episc.*

59. Manifestissimum est jus possessionis omnium rerum ad Deum pertinere, usum vero solum ad creaturam. Lib. *de Cherubim.*

60. Quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? Lib. 3, *de Vita contempl.*, cap. 9.

61. Divinis beneficiis bene uti, est ut datis enis illum honores, a quo data ipsa acceperis. *Prosec.*

62. Nos usum tantum earum rerum accepimus, quas tenemus: commodatis enim a Deo facultatibus utimur, et quasi precarii possessores sumus.

JOAN. SAB.

S. ISIDORUS HISPALENS.

S. JUSTIN. MART.

S. LAURENT. JUSTIN.

S. LEO I.

S. MAXIMUS MART.

S. PETERUS DAMIANUS.

PHILO JUD.

S. PROSPER.

S. SALVIANUS.

S. THOMAS AQUINAS.

ARISTOTEL.

CATO POET.

CICERO.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BONAV.

63. Quid relictus? quid honestus? quam ut ubi res ab eo discedit, qui usum habuit, revertatur ad eum possessio, qui utendam concessit?

64. Inestimabile malum est, bonis a Deo datis non bene uti. Lib. 1, *ad Eccles. Catholic.*

65. Quomodomodum injusti male utuntur non tantum malis, verum etiam bonis; ita iusti bene utuntur non tantum bonis, sed etiam malis. 2, 2, *quest.* 164, art. 1.

66. Quaecumque aliquis in sumum usum assumit, non vere illa amat, sed usum et magis seipsum. *De Perfect. vite spirit.*, cap. 13.

SENTENTIA PAGANORUM.

67. Rebus, quarum est aliquis usus, et bene uti, et male etiam possumus: is autem optime re quavis utitur, qui eam virtutem habet, quam ad rem illam accommodatur. Lib. 4 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 1.

68. Utere questis, sed ne videaris abuti. Lib. 3 *distich.* metr. 45.

69. Usus magister est optimus. Orat. 39, *pro Rabirio.*

Vide etiam tit. *Fruvi*, sent. 37; *Liberum arbitrium*, sent. 51; *Mundus*, sent. 85; *Superfluitas*, sent. 26.

UTILITAS.

SENTENTIA PATRUM.

1. Nihil est utile, nisi quod ad vite aeternae prosit gratiam. Lib. 2 *Offic.*, cap. 9.

2. Nihil iudicandum utile, nisi quod in commune proit: quomodo enim uti potest prodesse quod inutile sit omnibus? Mihi certe non videtur, qui inutilis est omnibus, sibi utilis esse posse. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4.

3. Non vincat honestatem utilitas, sed honestas utilitatem. *Ibid.*, cap. 6.

4. Multa bona praestantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati. In *Enchirid.*, cap. 72.

5. Non sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat Dei. Lib. 19, *de Civit. Dei*, cap. 19.

6. Magna est utilitas homini, quod Deo servit, iubendo Deus utile facit. Lib. 8, *de Genesi ad lit.*, cap. 13.

7. Utiliter vide, utiliter audi, utiliter loquere, utiliter responde. Serm. 2, *Exercitamento.*

8. Quomodomodum splendor lucem sponte sequitur, et unguentum fragrans odor: sic etiam proborum actionum utilitas necessario comes est. Apud D. Joan. Damasc., cap. 11.

9. Adhibere sollicitudinem, ubi non est utilitas, est curiositas. Super *Ecclastesen*, cap. 8.

10. Utilitas carnalis singulariter perfrui desiderant, quod delectatione avida concupiscit. Super *Psaln.* XXXII.

11. Omnia ex utilitate, nihil sine ratione. Super *Psaln.* CXXXIV.

12. Qui parere utilitati proximorum praedicat, tione refugiant, de quo si districte iudicentur, ex tantis proculdubio rei sunt, quamvis venientes ad publicum prodesse potuerunt. *Prosec.*

13. Qua mente is qui proximis profuturus emitteseret, utilitati ceterorum secretum preponit suum: quando ipse summi Patris Unigenitus, ut multis prodesset, de sinu Patris egressus est ad publicum nostrum. Part. 4, *Pastoral.*, cap. 5.

14. Nullus vestrorum neglecta utilitate communi, suo lucro prospiciat. Lib. 2, in *Registro*, indict. 44, cap. 68, epist. 29.

15. Nulla praevalent utilitas, ex qua formidat animarum periculum. In *Regula manachor.*, cap. 19.

16. Nil sine causa appeti debet, nec desideria trahit, quod utilitatem non promittit. Lib. 5 *Didasc.*, cap. 6.

17. Quid utile est saepe dicere, non debet esse pigrum, nec audire molestum. Super *Deut.*, Prologo.

18. Res diligentius, quanto est sollicitus quaesita, servatur, cum ipsius utilitas agnoscitur. Super *Joannem*, cap. 1.

19. Sicut majus bonum minori bono praeponeitur, ita communis utilitas speciali utilitati praefertur. Lib. 3, *Decret. Const.*, const. 89.

20. Unusquisque ad communem utilitatem omnia conferre debet quae sua sunt: sive sapientiam, sive principatum, sive quicquid aliud. Homil. 78, super *Matth. oper. perf.*

21. Nulla re alia Deus magis irascitur, quam si proximi commoditatem despicias. *Ibid.*

22. Haec perfecte Christianae religionis regula est, hic certissimus terminus, hoc supremum cacumen, querere qua communem omnium comprehendat utilitatem. Homil. 25, super 1 *Cor.*

23. Qui quaerere commodum proximi in utilitate proximi non valet, coronam rebus his propositam nunquam assequetur. *Prosec.*

24. Constat utilitas privata, utilitate proximi. *Ibid.*, homil. 83, in illud: *Non querit quae sua sunt.*

25. Ne quaeras ergo quod tuum est, ut invenias tuum: nam qui quod suum est quaerit: non invenit quod suum est.

26. Nemo quaerit quod suum est, sed quod proximi est unusquisque: propria enim utilitas sita est in utilitate proximi, et illius utilitas in ea *Ibid.*

CASSIODOR.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR. MAGNUS.

S. HIERON.

HUGO A S. VICTORE.

HUGO CARD.

S. INNOC. III.

S. JOANNES CHRYSOST.

27. Bonum virum oportet publica utilitate facta sua omnia metiri. Lib. *contra Gentiles*.

28. Nullum officium Deo charius est, quam quærerè utilitatem, et saluti prospicere fratrum suorum. Orat. de *B. Philoſopho*.

29. Qui contemptis commodis propriis, Domini commoda querit: non sua despiciit, sed majora consequitur. Romil. 10, super II *Tim.*

JOAN. SARRSB.

30. Lignet private voluptati cujusvis preferendam esse mullorum utilitatem. Lib. 1, de *Nugis Curial.*, cap. 4.

LACT. FIRM.

31. Pereundum est, nisi scias quæ ad vitam sunt utilia, ut appetas: quæ periculosa, ut fugias et vites. Lib. 3, de *divin. Inst.*, cap. 5.

S. LEO I.

32. Publica preferenda sunt propriis, et ibi intelligenda est precipua ratio utilitatis, ubi vigilat cura communis. Serm. 4, de *Sejun. septimi mensis*.

S. FELAGIUS PAPA.

33. Plurimorum utilitas, unius utilitati preferenda est. Epist. ad *Benign. archiep.*, hab. in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 7, quest. 1, can. *Scias*.

PHILO. JUD.

34. Quidquid Deo favente agitur, omnino bonum est ac utile: sicut inutile quidquid, citra opem numinis. De *Abraham*.

SALVIANUS.

35. Tantum abest ut aliorum commodis aliquid cum propria incommoditate præstemus: ut omnes vel maxime nostris commodis cum aliorum incommodo consulamus. Lib. 3, de *Gubern. Dei*.

36. Omnes ad effectum atque appetitum utilitatis sue, nature ipsius magisterio atque impulsione ducuntur: ideoque et qui militat id sibi commodum; et qui negotiantur, id sibi utile: et qui agricolaſantur, id sibi fructuosum esse existimant. Lib. 2, ad *Eccles. catholicæ*.

S. SYNESTUS EPISCOPIUS.

37. Consuetudini utilitatem anteponeſe præstabilis est. Epist. 55, *advers. Andronic.*

S. THOMAS AQUINAS.

38. Ea, quæ sunt ad finem accommodata, utilia dicuntur: et ipsa utilitas interdum usus nominatur. 1, 2, quest. 16, art. 3.

SENTENTIE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

39. Quærere utilitatem ubique, maxime congruit magnanimis et ingenuis hominibus. Lib. 3 *Polit.*, cap. 3.

CICERO.

40. Nihil est utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit. Lib. 3, de *Offic.*

41. In eadem re et utilitas et turpitudò esse non possunt. *Ibid.*

42. Non nostræ nobis utilitates omittende sunt, aliisque tradende, cum his ipsi egeamus: sed sue cuique utilitati (quod sine alterius injuria fiat) servendum est. *Ibid.*

43. Pervertunt homines ea, quæ sunt funda-

menta nature, cum utilitatem ab honestate sejungunt. *Prosec.*

44. Omnes enim expetimus utilitatem, nec facere aliter ullo modo possumus: nam quis est qui utilia fugiat? aut quis potius est, qui ea non studiosissime prosequatur?

45. Utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus, unde omnium regula una est: aut illud quod utile esse videtur, ne turpe sit; aut si turpe, ne videatur esse utile. *Ibid.*

46. Ubi utilitas, ibi etiam est pietas. In suo *Enchirid.*, cap. 33.

47. Id quod utile est, honestum esse: quod autem inutile est, turpe esse perspicuum est. Lib. 5, de *Republ.*

48. Oportet privatis utilitatibus publicas, mortalibus æternas antefereſe. Lib. 7, epist. 48, ad *Centiatum*.

49. Non utilius quidquam est, quam sibi utilem fieri. Lib. 1, de *Benefic.*, cap. 11.

50. Nihil tam utile est, quod in transitu prosit. Epist. 2.

51. Non potest quisquam beate degere, qui se tantum intinet, qui omnia ad utilitates suas convertit. Alteri vivas oportet, si vis tibi vivere. Epist. 48.

Vide etiam tit. *Dammum*, sent. 6; *Exaudire*, sent. 424; *Inventus*, sent. 37; *Monachus*, sent. 61; *Pravitas*, sent. 17; *Regimen*, sent. 38; *Respublica*, sent. 11; *Salus animæ*, sent. 119; *Societas*, sent. 90.

UXOR.

Etymologia. Uxor dicitur, quasi *unxor*: quia antiquitus inungebantur nubentes suavi et odorifera unctione: unctio designat lenitatem, odor bonam famam uxoris. Part. 3, tit. 1, cap. 1, § 5.

Uxor dicta est, quasi ut soror. Super *Psal.* cxxvii, vers. 3: *Uxor tua*, etc.

Uxores vocantur, quasi unxiores, quia antiquitus moris erat ut nubentes puellæ oleo ungerentur. Lib. 9 *Etymol.*, cap. 8.

SENTENTIE PATRUM.

1. Mulier viro deferat, non serviat: regendam se præbeat, non coercendam. Indigna est conjugio, quæ digna est jurgio. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Eccles.*

2. Vir uxorem tanquam gubernator dirigat, tanquam consortem vite honoret, participet ut coheredi gratia. *Ibid.*

3. Prima conjugis fides, castitatis gratia est. Lib. 1, de *Abraham*, cap. 9.

4. Bonitas uxoris multoties virum iniquum efficit bonum. Part. 4, tit. 6, cap. 2, § 2.

5. Debet uxor regi mansuete, corrigi secreta, diligi complete. *Prosec.*

6. Mansuete, non cum tyrannide austeritatis, cum rigore: verbis non verberibus, amore non timore, dulcedine non amaritudine. Part. 3, tit. 14, de *Sacramentis*, cap. 9, § 1.

7. Ad castitatem uxoris multum facit sobrietas, et cibi parcitas, quibus maxime mulieres debent polleſe. Part. 4, tit. 2, de *Prudentia*, cap. 5, § 2.

8. Quærenda est in uxore verecundia: alioquin si mulier verecundiam perdit, efficitur audacissima sine freno. *Ibid.*

9. Nihil esse sentio quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta fœminæ, corporumque contactus, sine quo uxor haberi non potest. Lib. 1, *Soliolog.*, cap. 10.

10. Conjux, quæ adulterinum animum gerit, etiam timore viri non adulterium perpetrat, tamen quod deest operi, inest voluntati. *Prosec.*

11. Casta vero aliter timet, nam et ipsa timet virum, sed castè: timet illa ne vir infestus adveniat, ista vero ne offensus abscedat.

12. Non amanti enim presentia viri molesta est, amanti autem absentia. Epist. 120, ad *Honorat.*, cap. 21.

13. Cavendum est viro illic ire vivendo, qua timet ne uxor sequatur imitando. Lib. 2, de *Adulterinis conjugis*, cap. 8.

14. Periniquum est, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. *Ibid.*

15. Nullius viri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse desiderit: esse sultem destinet prioris, si moriatur vir ejus, non si fornicetur. *Ibid.*, cap. 4.

16. Tu exigis castitatem ab uxore, et non vis reddere hoc uxori: et cum debeas in virtute procedere uxorem, quoniam castitas virtus est, et tu sub uno impetu libidinis cadis, et vis uxorem tuam victicem esse; tu victus jaces.

17. Si caput est vir, melius debet vivere vir, et præcedere in omnibus bonis factis uxorem suam, ut illa imitetur virum, et sequatur caput suum. De *decem charidis*, cap. 3.

18. Vir à femina exigis castitatem: præbe illi exemplum, non verbum. *Prosec.*

19. Es caput, qua is, vide: hec enim debes ire, qua illi non sit periculum sequi; imò tu ipse qua vis eam sequi, illic debes ambulare.

20. Ab imbecilliori sexu exigis fortitudinem: carnis concupiscentiam ambo habetis; qui fortior est prior vincit; et tamen, quod dolendum est, multi viri a feminis vincuntur.

21. Servant femine castitatem, quam viri servare nolunt, et in eo quod non servant, se viris

videri volunt, quasi propterea sit fortior sexus, ut eum facilis subjuget inimicus.

22. Lucta est, prælium est, pugna est; vir fortior femina, vir caput femine: femina pugnat et vincit, vir hosti succumbit? stat corpus, et caput jacet.

23. Quales uxores vultis ad vos venire, tales et vos debent ipsæ invenire.

24. Quis juvenis est, qui non castam velit ducere uxorem? et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? intactam queris, intactus esto: puram queris, noli esse impurus.

25. Non enim illa potest, et tu non potes? si fieri non possit, nec illa posset: qua vero illa potest, doccat te quia fieri potest. De *verbis Dom.*, serm. 46.

26. Velis, nolis, illa qua præter uxorem tuam tecum dormit, meretrix est. Serm. 8. In *Oct. Pasche*.

27. Chara mariti et uxoris debet esse conjunctio. Lib. 12, de *Civili. Dei*, cap. 26.

28. Quamvis Dominus dederit uxorem viro, relinquenda est tamen, si opus est, propter regnum celorum. *Contra Adimant.*, cap. 3.

29. Longe minus peccat quamlibet assiduus ad uxorem, quam vel rarissimus ad fornicationem. De *bono cong.*, cap. 11.

30. Illicite etiam cum legitima uxore concumbitur, ubi prolis conceptio devitatur. Lib. 2, de *Adult. conjug.*, cap. 12.

31. Quis nescit uxorem marito tanquam domino debere servire? Lib. 22, *Contra Faust.*, cap. 30.

32. Qui nesciens uxorem duxerit alienam, ex illo fit adulter ex quo dixerit, nisi discesserit. Lib. 2, *contra Cræscum*, cap. 26.

33. Quando tu uli uxore amplius, quam necessitas præcordiorum liberorum cogit, volueris, jam peccatum est. De *decem charidis*, cap. 11.

34. Qui ducere uxorem optat, in illa castitatem amet, non carnis faciem. Tract. 6, in *Epist. Joan.*

35. Mulier opum amans, ejusmodi viro conjuncta, duplex morbus est: nam et delicias accendit, et voluptatum amorem auget. Romil. 7, ad *Divites*. Et hab. apud D. Joan. Damasc. Lib. 4, *Parall.*, cap. 76.

36. Sicut hecilia navigia procelle ac tempestates dispergunt, atque inundant: sic pravi uxorum affectus virorum debiles animas corrumpunt ac pessumdant. Romil. 7, ad *Divites*.

37. Malam uxorem potius risu, quam baculo castigabis. Epist. de *cura et regim. rei familiaris*.

38. In eligenda uxore quatuor requiruntur: scilicet pulchritudo, divitiis, genus, et mores. Super *Psal.* xlv.

EPICETUS.

FLATO.

5. AUGUST.

PLINIIUS I.

SENECA.

S. ANTONIUS.

CASSIODOR.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. ANTONIUS.

S. BASILIUS MAGNUS.

S. BERNARDUS.

S. BONAV.

39. Triplici causa ducitur uxor : causa prolis, causa adiutorii, causa incontinentiæ. *Ibid.*
40. Qua fronte uxorem integram vis invenire, cum sis ipse corruptus? Homil. 46.
41. Uxor est vitæ consors ac socia, in unum corpus a Deo conflata. Lib. 6, *Const.* Hab. in Glossa ord. super *Malach.*, cap. 2.
42. De meretrice uxor facta, pristinos mores non derelinquit. Super *Oseam*, cap. 2.
43. Ille uxorem habens sed quasi non habet, qui sic studet placere conjugi, ut tamen non displiceat Creatori. Super illud I *Cor.* vii : *Tanquam non habentes.*
44. Nihil homini melius contingit conjuge casta. Orat. 9, in *Funere patris.*
45. Uxor heres pudicitie pretium est. Epist. 9, ad *Salvianum.*
46. Maritalis auctoritatis umbra, tutamen uxoris est. *Ibid.*
47. Divitiæ magis in uxoris eligi solent, quam pudicitia : et multi non oculis, sed digitis uxores ducunt. Lib. 1, *advers. Jovinian.*
48. Uxorem pauperem alere, difficile est : divitem ferre tormentum. *Ibid.*
49. Nulla est uxoris electio, sed qualiscunque obvenerit, habenda : si irascenda, si fatua, si deformis, si superba, si fetida, quodcumque vitii est, post nuptias dicitur. *Prosec.*
50. Equus, asinus, bos, carnis, et vilissima mancipia, vestes quoque et lebetes, sedile lignum, calix et urceolus ficiliis probantur prius, et sic emuntur; sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quod ducatur. *Ibid.*
51. Quid prodest diligens custodia, cum uxor serrari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas : et illa vere pudica dicenda est, cui licuit peccare, si voluisset. *Prosec.*
52. Pulchra cito adamatur, foeda facile concipiscit : difficile custoditur quod plures amant : molestum est possidere, quod nemo habere dignetur.
53. Minore tamen miseria deformis habetur, quam formosa servatur.
54. Nihil tutum est, in quod totius poli vota suspirant : alius forma, alius ingenio, alius facie, alius liberalitate sollicitat; aliquo modo, vel aliquando expugnatur, quod undique incesatur. *Ibid.*
55. Bona et suavis uxor, rara avis est. *Ibid.*
56. Nihil est fedius quam uxorem amare suam, quasi adulteram. *Ibid.*
57. In aliena uxore omnis amor turpis est, in sua nimius. *Ibid.*

58. Sapiens vir debet amare conjugem suam, non afflicere. *Ibid.*
59. Miser est, qui uxorem bonam perdit : miserior, qui malam possidet : satis felicior est, qui utrumque illud non novit. Epist. 24, ad *Quendam Militem.*
60. Uxoris timere est, et cum timore virum diligere ; viri tantum diligere, quia dilectio perfectiorum est. Lib. 2, super *Micheam*, cap. vii, super illud I *Cor.* ii : *Uxor timeat virum*, etc.
61. Quid pulchritudinem uxorum queritis, quæ meretricibus apta est, non uxoris? Super *Malach.*, cap. ii, super illud : *Et uxor sœderis tui.*
62. Viri quales uxores cupiunt invenire, tales exhibeant se uxoris. Super epist. ad *Ephes.*, cap. 5, in illud : *Viri debent diligere uxores suas.*
63. Non est uxor ducenda sapienti : primum enim studia philosophiæ impedit, nec potest quicquam libris et uxori pariter inservire. Lib. 4, de *Nuptiis carnalibus*, cap. 1.
64. Attendenda est semper a viro uxoris facies, et pulchritudo laudanda : ne si alteram insperavit, se existimet displicere. *Prosec.*
65. Si totam ei domum regendam commiseris servandam est : sin aliquid tuo arbitrio reservaveris, fidem sibi haberi non putabit, et in odium vertitur et jurgia, et nisi cito consuleris, forte parabit venena anus. *Ibid.*
66. Uxor, quæ bona sit et suavis, rara aut nulla est. *Ibid.*
67. Liberorum causa uxorem ducere, ne nomen nostrum intereat, vel ut habeamus senectutis præsidia, et ut certis utamur heredibus, studiosissimum est. *Ibid.*
68. Si quis uxoris non est expertus incommoda, expertus credat. *Ibid.*
69. Cicero rogatus ab *Hirtio*, ut post repudiium Terentis, sororem ejus duceret, non acquiescit, dicens, non se posse et uxori et Philosophiæ pariter operam dare. *Ibid.*
70. Forsitan putet aliquis concordia providisse, si pauperem ducat uxorem : Marcus Cato Censorius habuit uxorem Paulam tumuli loco nactam, vinolentam, impotentem, et Catoni superbam. *Ibid.*
71. Non acquiescit mulier superba viro sapienti, nec potentem veretur irata. *Ibid.*
72. In aliena uxore, omnis amor turpis, in sua nimius. *Ibid.*
73. Divitiæ in uxoris magis eligi solent, quam pudicitia : et multi non oculis, sed digitis uxores ducunt. *Ibid.*
74. Ducuntur plerumque uxores, non causa

- fornicationis vitandæ, sed causa luxuriæ explendæ : nec causa prolis, sed causa pecuniæ. *Ibid.*, etc.
75. Optima est uxor, quam non avaritia concilliat, nec luxuria copulat. *Ibid.*
76. Bona uxor dicitur illa mulier, quæ est sapiens, sedula, casta, tacita, foecunda, humilis, viro consentiens. Super *Psal.* cxxvii.
77. Uxor sola vult diligi, et laudari altioris amorem, sumum suspicatur dedecus. *Prosec.*
78. Amandum est omne, quod diligit : odiendum est omne, quod odit.
79. Vincere vult, sed vinci non valet : famulari non patitur, sed dominari molitur.
80. Cuncta vult posse, nulla non nosse : si pulchra fuerit facile adamatur : si fœda, non facile concupiscitur. Lib. 1, de *Contemptu mundi*, cap. 16.
81. Quando et pax, et vinculum dilectionis cum muliere et viro fuerit, omnia simul affluunt bona, et nullis insidiis expositi, sed magno et inexpugnabili quodam muro circumdati sunt. Homil. 38, super *Gen.*
82. Apud pauperes uxor et ancilla et ministra est, et procreat filios, et ipsa mater, et nutrix est : apud divites autem non est ita, sed cum generaveris filium, statim eum tradis foris : crucibescit fieri nutrix, quæ facta est mater. Homil. 1 *Psal.* l.
83. Viro casto qualiscunque uxor bona videtur ; quia perfecta charitas vitia non sentit. Homil. 32, super *Matth. oper. imperf.*
84. Patronus turpitudinis ejus est, qui crimen celat uxoris. *Ibid.*
85. Non potest Deo esse fidelis, qui uxori suæ perditus est. *Ibid.*
86. Uxor neminem debet sapientiore reputare, quam virum suum : etsi sit alter sapientior, tamen illa sapientiore esse alterum intelligere non debet. *Prosec.*
87. Uxor neminem fortiorem debet putare, quam virum suum : etsi alter fortior sit, tamen illa intelligere non debet alterum fortiorem.
88. Uxor neminem formosiore, debet credere, quam virum suum : etsi sit alter formosior, tamen coram oculis ejus, alter formosior non debet apparere. *Ibid.*, homil. 42.
89. Uxor non facile docipitur, habens consiliatorem virum ; deinde nec facile de facultatibus aliquid aliis dat, cum sit in potestate viri. *Ibid.*, homil. 44.
90. Domum, si vitiosa sit, licet denuo vendere : uxorem vero semel acceptam, non item fas est eis, a quibus acceperis, reddere : sed necesse est in perpetuum eam domi habere nisi malis ea
- ejecta reus fieri adulterii. Homil. 22, ex *dicers. in Math.*
91. Habet voluptatem quandam admonitio uxoria, cum plurimum amet illum, cui consultit. Homil. 60, super *Joan.*
92. Uxor serva et domina est viri. Homil. 49, super I *Cor.*
93. Cum vir et uxor domi dissentiant, nihilo melius navi tempestate jactata, cum gubernator adversus proræ directorem dissentit. *Ibid.*
94. Vincit uxor puritas viri immunditiam ; et fidelis viri puritas, infidelis uxoris immunditiam superat.
95. Nullus magister ita persuadere potest, quemadmodum uxor. *Ibid.*
96. Quamvis viri subdita sit mulier, tamen ut uxor, ut libera, et pari in honore est habenda. *Ibid.*, homil. 26.
97. Si alienis qui dextram maxillam percunt etiam sinistram præbere oportet, longe magis asperior uxori viri ferendus est. *Ibid.*
98. Ultima ignominia est, non uxoris quæ verberatur, sed viri qui verberat. *Ibid.*
99. Si invicem onera ferenda sunt, multo magis uxoris. Si pauper sit, noli exprobrare : si stulta, noli ei insultare, sed esto modestior : etenim tuum membrum est, et caro una factus estis. *Prosec.*
100. Sed ebria est et iracunda ; igitur dolendum est, non irascendum : ipsa admonenda est, et consilio adjuvanda, et omni conata annuendum, ut illis liberetur affectibus. *Ibid.*
101. Fertur quendam Philosophum (cum malam haberet uxorem, pravam, temulentam, et interrogaretur quare ejus mores toleraret) respondisse, ut gymnasium et palastram Philosophia domi habeam. *Ibid.*
102. Vir si diligit, uxor quoque ex eo reddetur amica ; uxor si subdita sit, reddetur vir mansuetus. Homil. 10 super *Epist. ad Coloss.*
103. Ne dominis temere, quia uxor subjecta est : neque tu mulier inferis, quia a viro diligis. Nec amor viri uxorem extollat, nec subjectio uxoris virum inflat. *Ibid.*
104. Præcipuum domesticæ pacis, ac honorum omnium fundamentum illud est, si uxor viro per omnia consentiens sit. Homil. 4, super *Epist. ad Tit.*
105. Uxor, quæ domus curam habet, pudica sit necesse est. *Ibid.*
106. Contumeliam facit uxor ? Ne sit uxor tibi : est enim muliebre, contumeliam facere, moribus est animæ, defectus est. Homil. 62, ad *Popul. Antioch.*

EUGO CARO.

S. INNOC. III.

EUGO I.

VICINO.

S. JOANNES CHRYSOST.

407. Uxor pulchra, suspicionis plena res est, et insidiarum. *Prose.*

408. Uxor deformis, res est fastidiosa plena. *Ibid.*, homil. 67.

409. Uxori junctus, uxore nihil et sollicitudine pejus asseverat: uxore carens, nihil illiberalius quam uxorem non habere testatur. *Ibid.*

410. Viri est, ut diligenti opera, male consentem uxorem repellat. Homil. 17, super *Gen.*

JOAN. SARESB.

411. Ex causa fornicationis licenter diverit conjux a conjuge; et plerumque patronus est iniquitatis, qui crimen celat uxoris. Lib. 6, de *Navigis curial.*, cap. 26.

S. ISIDORUS HISPALENSIS.

412. Melius est uxorem ducere, quam per libidinis ardorem perire. Lib. 2, de *Summo bono*, cap. 40, sent. 12.

413. Tres ob causas ducitur uxor: prima est causa prolis, secunda causa adjutorii, tertia causa innocentiae. Lib. 9, *Ethymol.*, cap. 8.

S. PAULINUS

414. Miser est, qui uxorem bonam perdit; miserior, qui malam possidet: sed satis felicior est, qui utrumque non novit. *Epist. ad Quemdam Militem.*

S. PETRUS DAMIANUS.

415. Ubi uxor rectius judicial, dignum est, ut ei vir auctoritatis suae legibus non obsistat. Lib. 7, *Epist. 18, ad Guillan. comitis.*

SALVIANUS.

416. Hand multum uxor abest a vilitate servarum, ubi pater familias ancillarum maritus est. Lib. 7, de *Gubern. Dei.*

TERTULL.

417. Uxor nulla deformis est marito suo, satis placent cum electa est, seu moribus, seu forma commendata. *De cultu faminarum*, cap. 4.

S. THOMAS AQUINAS.

418. Mulier non est formata de pedibus viri, tanquam ancilla: nec de capite, tanquam domina: sed de latere tanquam socia. Super *I Cor.*, cap. vii, lect. 1.

S. ZENO.

419. O uxor infelix es, si nescis quid agatur in domo: infelicior certe, si scieris. *Serm. de Continent.*

420. Non potest uxor timere maritum, quam non timet Christum. *Ibid.*, *serm. 2, de Avarit.*

SENTENTIAE PAGANORUM.

ARISTOTEL.

421. Existimare debet uxor bene composita, mores viri esse legem suae vite impositam sibi a Deo, per conjunctionem matrimonii, atque consortii: quos siquidem aequo ferat animo, per facile reget domum, sin contra, difficilium. *Prose.*

422. Quapropter decet non solum in prosperis rebus, secundaque fortuna, unanimum se viro praestare, et inservire velle: verum etiam in adversis.

423. Si sit in rebus defectus vel corporis negotatio, vel alienatio mentis, equo ferat animo, et obsequatur, nisi forte turpe aliquid sit, vel indignum. Lib. 2, *Œconomic.*, cap. 1.

424. Uxor viro jubenti aliquid turpe, parere non debet. *Ibid.*

425. Maximus honor est sobrie uxori, si certat virum suum observantiam sibi castitate, nec de illa muliere magis cogitantem, sed per ceteris omnibus hanc suam et fidam existimantem. *Ibid.*, cap. 2.

426. Tanto magis studebit uxor se castam et fidam praestare, quanto se cognoverit fideliter atque juste a viro diligi. *Ibid.*

427. Nihil magis suum est uxori, nec magis illi viro praestandum, quam sancta et intemerata societas. *Ibid.*

427 bis. Appropinquandum vero est uxori cum magna temperantia, atque modestia: sitque pudor in verbis, in operibus vero fas atque honestas, conversatione fides et moderatio. *Ibid.*

428. Virum et uxorem in his, quas improba et impudica sunt, sibi invicem consentire nequam debere, manifeste praecipit Poeta: in his vero que quam maxime fieri potest, publica sunt et justa concorditer sibi invicem inservire. *Ibid.*, cap. 4.

429. Vir uxoris parentibus, non minus, quam propriis subvenire debet, uxorem autem viri. *Ibid.*

430. Consentaneum est uxorem rem familiarem recte administrare, ut domesticas res conservet, et obtemperet viro. *De Virtute.*

PLATO.

431. Insolens malum est beata uxor (id est dives) cum immensum pondus auri attulerit, cum pecunia arcas operaverit, quid aliud quam ut illi serviamus, desiderat? Lib. 4 *Contravers.* 9.

SENECA.

432. Omnes uxores divites, servitutum exigunt: volunt enim in suis regnare divitiis. *Ibid.*

433. Nemo uxorem duxit, nisi qui abduxit. Lib. 4, de *Benefic.*, cap. 9.

434. Quid jucundius, quam uxori tam carum esse, ut propter hoc tibi carior fias? *Epist.* 104.

435. Non multum uxor abest a contempta viri, qui se nimis suspicit. *De Remediis fortuitior.*

436. Uxor adventitium bonum est. *Ibid.*

437. Adulter est in suam uxorem, omnis impudicus amator ardentior. *Sent.* 222.

438. Reverentiam habens uxori, habebis eam reverentem. *Ibid.*, sent. 229.

Vide etiam tit. *Conjugium*, sent. 109, 110, 113, 114; *Facies*, sent. 13; *Meretricium*, sent. 56; *Mulier*, sent. 73, 88; *Placere*, sent. 83; *Pulchritudo*, sent. 103.

VACARE DEO.

SENTENTIAE PATRUM.

4. Vacare Deo, non otium, scilicet malum, sed negotium negotiorum. Part. 2, tit. 9, de *Acedia*, cap. 14, § 1.

S. ANTONIN.

5. Summa hominis perfectio in hoc consistit, quod mens hominis Deo vacet. Part. 4, tit. 12, cap. 2.

3. Homo a sollicitudinibus liberatus, liberius divinis et spiritualibus vacat. *Ibid.*, cap. 3.

S. AUGUST.

4. Qui Deo se committit, diabolum non timet. *De verb. Dom.*, *serm.* 28.

5. Perde aliquid, ut Deo vaces, non libitibus perde. *De verbis Apostoli*, *serm.* 24.

S. BERNARD.

6. Felices plane, qui soli Deo vacant intelligendo, diligendo, fruendo. *Serm.* 6, de *Ascens.*

7. Absit, absit ut qui Deo vacat, ad tumultuosam aspiret fratrum officialium vitam. *Serm.* 3 *Assumpt. B. M.*

8. Otiosum non est vacare Deo, imo negotium negotiorum omnium hoc est. *De vita solit.*

S. BERNARDUS ARLIAT.

9. Non sint ita nimie occupationes, ut nos Deo vacare non sinant. Homil. 10.

S. CYRILLUS.

10. Ad terrenas et saeculares actus vacare non possunt, qui Deo sibi que vacant. *Epist.* 66, ad *Clerum et plebem Furanorum.*

DIONYSIUS CARTUSI.

11. Beati sunt religiosi, si tanto sincerius, stabilius, fructuosius vacant Deo, quanto praeceteris se corporaliter elongaverunt a saeculo. *De Hymno S. Joan. Bapt.*

S. GREGORIUS MAGNUS.

12. Qui vacare Deo negligit, suo sibi judicio lumen ejus visionis abscondit. Lib. 5 *Moral.*, cap. 8. Super illud *Psal.* xlv: *Vacate et videte*, etc.

PLATO.

13. Praelati vacare Deo appetant ex gratia dilectionis. *Ibid.*, lib. 18, cap. 25, num. 29.

SENECA.

14. Christianus homo sui potestatem non habet, sed Deo vacat. *Epist.* 11, ad *Polycaep.*

S. IGNATIUS MARTYR.

15. Quanto liberior intus fueris ab impedimentis rerum transcentium, tanto facilius tibi, felicis quoque Deo vacare poteris. In *Canon. vitae spirit.*, cap. 15.

LIBROVICIUS BLOSICIUS.

16. Vir spiritualis non se putet tempus inutiliter traducere, quando intus Deo vacans, foris nihil agit. In *brevi Regula tyronis*, verbo *Mores.*

S. MAXIMUS MARIYR.

17. Impossibile est, ut mens Deo vacet, si virtutes has tres: dilectionem, continentiam, et orationem non possidet. *De Incarnat. Verbi.*

S. SYNESIUS EPISCOPI.

18. Cum ab his inferioribus animus vacat, circa Deum occupatur. *Epist.* 103, ad *Pylamenem.*

S. THOMAS AQUINAS.

19. In divinarum exercitiis vacare, hoc perfectiorum est. Opus. 9, de *Decem praecip.*, praecip. 8, verbo *Momento.*

SIXTUS PHILOSOPH.

20. Impeditur animus hominis ne libere possit Deo vacare, non solum ex amore exteriorum rerum, sed multo magis ex interiorum passionum impulsu. *De Perfect. vitae spirit.*, cap. 8.

THOMAS A KEMPIS.

21. Beati, qui Deo vacare gestiunt, et ab omni impedimento saeculi se excutiant. Lib. 3, de *Imit. Christ.*, cap. 1, sect. 4.

22. Dei vacationem omnibus exterioribus antepone

pone: non enim poteris Deo vacare, et in transitorio pariter delectari. *Ibid.*, cap. 53.

23. Ubicumque fuerit bonus homo occupatus cum Deo orando, meditando, studendo, scribendo: ibi adsunt Angeli sancti congratulando, adsunt et demones ipsam tentando et distrabendo. In *Horulo Rosar.*, cap. 14.

SENTENTIAE PAGANORUM.

24. Sine Deo non poteris vivere Deo. *Sent.* 205. Vide etiam tit. *Latere*, sent. 20; *Psalms*, sent. 51; *Religiosus*, sent. 81.

SIXTUS PHIL.

VACARE SIBI.

SENTENTIAE PATRUM.

1. Mihi eum vacare non credam, qui sibi non vacet. Lib. 2, *Offic.*, cap. 12.

S. AMBROS.

2. Vellem ut nihil aliud agerem, quam reddere me tibi, cui me maximo debeo. *De quant. animae*, cap. 28.

S. AUGUST.

3. Multi vacant exterius in tenebris, sed tumultuantur in conscientiis suis. Super *Psal.* xcii.

V. REDA.

4. Is, qui aliis praestat in sollicitudine, vix unquam vel raro secure vacat sibi. *Serm.* 53, super *Cant.*

S. BERNARD.

5. Tibi vaca, multa tu ipse tibi sollicitudinis materia es. *De Vita solit.*

6. Redde te tibi, et si non semper, vel saepe, saltem interdum. Lib. *Medit.*, cap. 5.

7. Vacat, et ubicunque fueris, tunc esto: noli te tradere, sed commodare. *Ibid.*, cap. 6.

8. Tot annorum circulos transegit, mundo, frustra operam navans, et quadraginta diebus non vacabis pro anima tua? *Cateches.* 1.

S. CYRILLUS HIEROSOL.

9. Non est aptus ad vacandum nec sibi, nec virtuti, qui natura malus est. Lib. *contra Manich.*

INDY. ALEX.

10. Animus vacans sibi, liber est a foris cura, seipsum possidens, tranquillus et quietus, et templum spirituale. Lib. 3, de *Claust. anim.*, cap. 11.

RUFUS A S. VICTORE.

11. Vir qui sibi vacat, praesentis vitae naufragium evadere potest. *De casto Connub.*, cap. 6.

12. Laudabilis quidem, proximorum invigilare saluti, non tamen minus, vacare sibi ipsi, necessaria actio. *Ibid.*, cap. 12.

S. LAURENT. JUSTIN.

13. Quanto liberior intus fueris ab impedimentis rerum transcentium, tanto facilius tibi, felicis quoque Deo vacare poteris. In *Canon. vitae spirit.*, cap. 55.

14. Sapientis est suarum rerum stargere, non perperam actui rerum se immiscere. *Epist.* 103, ad *Pylamenem.*

S. SYNESIUS EPISCOPI.

15. Quare aptum tempus vacandi tibi. Lib. 1, de *Imit. Chr.*, cap. 20.

THOMAS A KEMPIS.

SENTENTIAE PAGANORUM.

16. Jucundum ac saluiterum et illud vivendi

PLATO.